# ex hac provincia profectus est ad cartusiam venerabilis P. D.

Hoc nro tempore circa annum Domini 1620 Petrus Baems profectus  
Lyre non fugitivus tamen sed obedientia accepta a R<sup>do</sup> Patre favore parentum  
qui promittabant solvere expensas ipsius quamdiu ibi degisset. Magistros  
quoque habuit qui illum melius formarent in eorum et ceremoniis Ordinis.  
Post paucos annos a R<sup>do</sup> Patre Brunone ad vallem quoque S. Hugonis missus  
est ut fungeretur ibidem officio Vicarii qui tandem circa annum  
1624 ad Prioratum S. Capelle per chartam promotus fuit. Vir doctus  
multarum linguarum peritus optasset diutius in Cartusia manere, sed  
Ordinationi R<sup>di</sup> Patris non potest contradicere. Hic autem Lavinus de  
quo nobis sermo a predicto officio vicarius in Domo Vallis S. Hugonis  
absolutus rediit ad Cartusiam, atque inde missus est in Italiam hospitium  
fuitque hospes in multis domibus Ordinis quarum tametsi quaedam  
fuerunt opulenta quaedam pauperes in nulla tamen earum facere  
professionem voluit, dixitque confratribus se in loco fuisse ubi  
Hannibal Punicus ex Carthagineis quondam. Deduxit scopulos  
et montem rupit aceto. Patris 10 juven. ut exercitui suo transitum faceret  
in Italiam. Sed quot annis quando profectus Lavinus nro venitabat  
in Cartusiam vel Capitem generale vel ad Capitulum private, eaque facultas  
ibi tunc non difficulter acquirabatur. Deinde fuit hospes in diversis  
domibus Provinciae Franciae praesertim in Domo Livionis multum  
illi profuit quod accurate scibat scribere. Porro cum more solito hoc  
anno esset in Domo Cartusiae tempore Capituli generalis S. Petrus  
Pastorius Prior C<sup>o</sup> Gandensis ut dixi curavit reducendum ad domum  
Capelle sua professionis, et postquam habitavit in ea quatuor aut quinque  
annis, iterum per litteras R<sup>di</sup> Patris Francisci de Tubo fuisse missus esse  
hospitium in Domo Palencenarum. Nam Lavinus frequenter scribere

Indulgentia  
hujus temporis



Gratia lacrymarum  
 et precum sollebat  
 Lavinius Vere Sicut  
 Gregorius: quia et  
 quos agere aliqua pars  
 conspicitis, quae in eis  
 latere bona nescitis

Et Petro Vassori  
 Priori Gandem Comm.  
 Hic data est de inspec-  
 tando loco pro nova  
 plantatione circa  
 Cornacum, quae  
 videtur effectu  
 commissa.

Sollebat vel ad d. Joannem Binchoit, vel ad Vicarium 9<sup>o</sup> C<sup>o</sup> d. Joannem  
 Gillardi quorumque litteras et rescripta intimis amicis quandoque  
 ostendit. In Divina re peragenda soevius ante Corporis Christi  
 sumptionem semper lacrymare consuevit, et quotidie unam  
 brevem propter id quod habebat legere ex parte Ordinis. At in  
 Domo Valencenarum non diu commoratus finem vitae mortalis  
 habuit pridie Nonas Feb. Ann. 1516.

Proterea in charta hujus anni scribentur: Priori Domus  
 Vallis Regalis prope Gandavum committimus quod accedat  
 ad ipsam Domicellam quae intendit fundere novam plantationem  
 et locum videat ac etiam perquirat de assensu Principis  
 Diocesani et Episcopi Cornacensis, et de omnibus 49<sup>o</sup> Patri et  
 Diffinitoribus Capli generalis in proximo Caplo reddat.  
 Hoc anno Socius in Chronico Belgico ex fr. Gonzaga de origine  
 Rel. Seraphi et litteris R. P. Hugonis Carthi Gandiani notat Cartusianos  
 respicere locum prope Hesdeniam versus Arteriam, an idem sit de  
 quo supra nos et mihi certum. At enim. In pago ~~Vallien~~  
 non procul Hesdenio Couventus fratrum Franciscanorum Vallis-  
 Eubina seu Vallentimentis, Gallice Vallentia nuncupatur per eundem  
 loci Dominum constructus: qui licet exiguus solitudinis tamen  
 atque meditationi est aptissimus. Allentur Gange fluvio et pellucida  
 fonte. Ferunt religiosi Carthusiani primitus apparatus fuisse:  
 quibus quod angustior erat subire recedantibus 49 Francisci familia  
 prout patribus ex Abbat villa accessit. Voluerunt amplas domos  
 habere non cogitantes Christum Dominum in modico praesepio velinatum  
 fuisse.

R<sup>om</sup> = Pater d.

R. P. D. Petrus Ruffi majoris C<sup>o</sup> Prior 3l pater in primis V<sup>al</sup> = devotione

Petrus Ruffus non sine sanctitatis opinione moritur

precipuis, omnibus amabilis atque gratus Divinarum humanarum que litterarum egregie gravis juris utriusque Doctor precelebris. Inter ceteras virtutes quas habuit fecundissimas benignitate et patientia misere in modum praedictus fuit. Omnibus qui ad eum veniebant sine gremium aperuit et afflictos fortissimum benigne suscepit, sicut patet in praedicto Lovino. Etiam non ignarus mali, miseris succurre

Laus eius ex Patore

morat, morat, inquam quid adversa sibi fortuna vellet. In negotiis Ordinis admodum Diligens, providus ac circumspexus fuit, quae et longa experientia doctus optime tractare sciebat. Nam ut in multis domibus Prior, et in nonnullis Provinciis Visitator fuerat antequam Prioratum C<sup>o</sup> gereret. Et cum tantis esset negotiis occupatus nihil omnino sui praecelari ingenii monumenta reliquit de quibus consule Biblioth. Carus. Eandem hic Pater devotissimus post multos labores post tribulationes varias post gravem morbum quo duobus annis ante obitum flagellatus atque purgatus instar stritificis area fuit. Nam et in postremo Cyto moriebatur sui quidam personae Ordinis ut haberent ipsum R<sup>dum</sup> Patrem profrensius recommissum tam in generalibus quam in particularibus orationibus quod revera gravi infirmitate laboraret. Post sacramenta demum Christiano more sumpta, felicem Deo spiritum multo praesentibus suo Creatori cum multo fructu reddidit anno tertio post mille quingentesimo et octavo. Qui et decembris sepultus non sine sanctitatis opinione fuit.

Cui in officio Franciscus Purcanus omnium suffragis suspectus est.

Philippus Austriaeus non sine periculo hae tempestate fuit in Gallia

Cum Philippus Princeps ut ex Hispania reversus per Gallias iter haberet et jam Lugdunum pervenisset, mox eo venit rex Ludovicus cum Regina uxore multis que Francie proceribus, aliquot que diebus se recreantes pacem concludunt inter regem Francie et Hispanie adjudicantes Regnum Neapolitanum Carolo Austriaeo si Claudiam filiam Regis uxorem duceret et aliis conditionibus quarum <sup>maior</sup> pars Gallis erat propitius Hispano aspera, quando in altera Gallo sua remeante Ferdinando detrahebatur quod obtinebat. ut Hispanis regno expulsi Gallus illud facilius invaderet.

Philippus ad  
Margaritam sororem  
quam Philibertus  
Alobrogorum Princeps  
in matrimonio habuit  
in eisdem profectus est

Princeps infectans necessitudinem fuisse <sup>scilicet</sup> pacificandi quoniam in Galli-  
protestate erat, Hispani scribunt. Decima Aprilis Burgium in Sabaudia  
Princeps proficiscitur a Duce ejusque uxore sorore sua magnifice  
exceptus. Sed mox uterque Princeps acri corripitur febre. Paulo  
melius habens Princeps Philippus Lugdunum ex promisso revertitur  
Regi et Regine valedicturus et pacem confirmaturus.

Rex Ferdinandus certior factus fortunam ad suam partem stare  
et Francos qualiter inferiores mittit in Franciam legatos qui decla-  
rarent pacem a Principe factam Regem Ferdinandum probare non  
posse cum Princeps mandati sui limites excedisset et se velle cum  
Rege de Capitibus controversiarum tractare. Verum Philippus Regem  
testatur esse se fectum esse pacem conficere, sincero animo cum  
Rege egisse seque cum vita periculo asperissima debentem febre  
revertum ut acta tractata confirmaret. Sciens Rex Principem  
vera loqui exultationem non malo animo accepit ac legatos  
Hispania cum ignominia repulit eos audire non sustinens.

Philippus Princeps in febrem recidit tam graviter agrotavit  
Lugdunum, ut de vita sua oes medici desperarent. O quam  
felices sunt qui nihil hujus mundi appetunt! Princeps paululum  
convalescent lectica reclus ad Sabaudiam revertitur.

Consilium circa Regem Ferdinandum ex tempore rerumque  
eventu capisse facile apparet. Elevis ante Germanorum  
de consalvi rebus desperans Isaacum quosdam: mutata eorum  
presentia consalvi fortuna sententiam mutaverat. Elevis dicunt  
consilia res magis hominibus dare quae in horat variantur quam  
hominibus rebus Neque a bello abstinent donec <sup>omni</sup> Neapolitano Francos  
exturbat bel regno.

Galli ab Hispanis  
e regno Neapolitano  
profligantur Duce  
Magno Consalvo.

Successio Pontificum Eodem anno Papa Alexander VI 18 die Augusti venens perijt. Secundus  
 Pius 3 non integro mense profuit. Mortuus hic in festo S. Lucæ Evangeliste.  
 Successit Julius 2 ultima Octobris, sedit annis novem et amplius.  
 Philippus Princeps mense sept<sup>bris</sup> ~~bris~~ <sup>anipontem</sup> pervenit. Ibi ab Imperatore Patre  
 omnibus que aulicis et Principibus honorificentissime excipitur, ac  
 per mensem partim orationi partim Italia profinquo ei opido cum  
 Patre egit variis exercitiis se recreantes. Nona Novembris Meckliniam  
 intrat tanta profusus imbre ut toto corpore maderet. Hic amplexit  
 liberis eorumque nutritiis salubatis aliquandiu ex tanto itinere requievit.

Princeps in  
 Germaniam ad  
 Cesarem Patrem  
 proficitur

Obiit Illma  
 et Potentissima

Margareta de Fricke  
 Conthoralis quondam  
 Ill<sup>mi</sup> Caroli Ducis  
 Burgundie

paratis post diebus Margareta Eboracensis Caroli Audacis vidua prorecta  
 atatis femina nullis relictis liberis 24 Nov. Mecklinia morti concecit. Illi  
 Franciscanorum odes Mecklinia prebuit sepulchrum. Nichilominus toti Ordini  
 nro fuit devota et propterea quoad vixit habitum semper mistam de Spiritu Sancto  
 fuit magna benefactrix tam Carusie quam multarum aliarum domorum  
 in Provinciae beltonica et Picardie nominatim nrol. domus de Schuch in qua  
 edificavit duas cellas pro quibus dedit 360. Rhen. non tamen eas dotavit  
 Et domus Capelle in qua conditum est cor ejus sub tali epitaphio: Cy gish le  
 ceur de tres haute, tres excellente et tres jouissante Madame Marguerite  
 d'Engleterre Duchesse de Bourgogne de Brabant et Qui trepassa en  
 l'an de nre Seigneur 1503.

S. Hubertus de  
 Lacu monachum  
 induit

Hoc anno ipso die S. Barbara fuit in Schuch vestitus de Hubertus de Lacu,  
 et anno revoluto fecit professionem. Fuit bonus Cantor habens tubalem vocem  
 et artifex multarum rerum et ligator librorum. Secundario fecit professionem  
 in domo Argensina ibique fuit Vicarius.

Elemosyna D<sup>ni</sup>  
 Cantoris Abula

ANNO 1504 Circa hoc tempus, redit ex Hispania ut verissime est  
 cum uxore Principis H<sup>is</sup> = Enus Valentinus Cantor et tenorista dich. hufus  
 Illustrissimi Principis Hispanie, et finimus eidem obligati de tribus elapsis annis  
 ad LVI Rheneuses quam summam domui dedit in argumentum probede

unius monachi de qua superius dictum est.

Circa verum tempus Princeps Joanna solvit ex Hispania et mari rediit ad maritum Cezar absentis impatientia aliquando pedestre iter tentavit sola sine comitibus. Non enim permittentibus Reges parentes eam discedere, quod illis bellum esset cum Franco.

Jacobus Cooman  
emittit professionem

Hoc anno 29 Aprilis fecit professionem D. Jacobus Cooman Gandensis qui dedit Domini quadraginta octo libras grossos Flandriis pro quibus solvendis accepit Pater ipsius terminum sex annorum et omni anno solvit octo libras de qua summa bates Moathies emittit redditus pro Conventu.

Vivarium dictum  
den Swerten byvere

Eodem anno tertia Maij fecit Prior Moathies cum suis Procuratoribus D. Joanne de Groote opus laudabile et proficuum de vivarium dictum et nuncupatum vulgariter den Swerten vixere prope silvam ibidem sic nominatam quantitatis 10 journalium. Perante idem vivarium <sup>perit quoddam</sup> ~~habebat~~ <sup>annue</sup> pascua parum utilis. Audivi a vandidis quod vix <sup>habuissent</sup> <sup>annue</sup> quatuor Rheucens in quo quidem vivario nutriuntur optimi pisces et multum convenit pro vivario nem in aestate quando foenum aptum erat ad reponendum in horreis equi immergebantur in luto usque ad ventrem. Et de eodem anno piscamus circa VIII<sup>c</sup> carpas exceptis aliis minoribus piscibus. Et ut idem vivarium haberet sua requisita emimus a quodam milite Dno Henrico Bstraeta tria journalia prati quae etiam verba sunt in vivarium nec habemus simile.

Elemosyna  
executorum testa  
menti Hmi Suffragani  
Epi Cameracensis

Hoc eodem anno D. Bartholomaeus quondam Capellanus Dni Epi Dagnensis et alii executores intelligentes quod idem D. Suffraganeus haberet in ista Domo Anniversarium de denuit

pro fundatione eiusdem xxx Rheuensis.

Sepelitur neptis  
Dni Fabri benefactoris  
nri

Fuit sepulta in ceniterio nro Joanna quondam neptis Dni Petri Fabri  
que enutriti multos iuvenes in domo Anderlaeuensi per predictum Avunculum  
suum nobis relicta.

De Judocus Argillanus  
Magister Joannes  
Ammonii

Ab edificationem nram qualiter conversatus fuerit De Judocus Vander Oeyen  
et quae documenta dedit discipulo suo Joanni Ammonio Chronographo d<sup>i</sup> Capelle  
ex eo audiamus: De Judocus Argillanus de Geraldinowe cognatus v<sup>ri</sup> Arnoldi  
Casreman Prioris d<sup>i</sup> Capelle fuit vir probus et graciosus, vultu liberali statura  
modiciter eminenti, ingenio satis acuto, qui tametsi in litteris secularibus  
non multum fuerit eruditus, scientia tamen Christiana et spirituali non multo  
postponendus erat. Soccus ubi non conuevit ne in hyeme quidem sed quam ~~semper~~  
<sup>semper</sup> ~~habet~~ <sup>habet</sup> pedes, pravis utebatur calcis intra calcos non tam <sup>philos</sup> ~~philos~~. Habuit  
dulcem et gyasi angelicam vocem, unde pluribus annis tametsi non placuit  
ei <sup>fuit</sup> Cantor chori. Qui quoniam fuit impedioris linguae ideo silentium et solitudinem  
amavit plurimum. Alioqui et Vicarius sup<sup>er</sup> Domus fuisset ordinatus si  
predicare publice potuisset. Multis tamen admodum charus fuit. Scitit autem  
accurate flores concinnare de filo serico et cupreo filo subtrato, sed dixit quod vitium  
suum in tali opere multum debilitavit. Selectabatur arte inserendi arbores quam  
artem B Hieronymus Rustico Monacho scribens etiam commendat. Ad studia  
litterarum mihi propenso et de viris eruditis inter se loquenti respondebat:  
moritur doctus cunctis d<sup>i</sup>u<sup>o</sup> et Eccl<sup>esi</sup>ae quasi diceret: Audemus bene vivere  
et semper habere bonam conscientiam. Alias autem mihi dicebat: O Joannes,  
Joannes si dia vixeris in Ordine frequenter iturus es et ab hoc et ab hoc, vicissitudines  
honorum et malorum sic indicans quas in hoc mundo cuncti mortales velint  
moliri experientur, et profecto verum dixit. Porro quales aliquando vicissitudines  
et ipse Magister meus Judocus in Ordine sit expertus non etiam mihi tacuit omnino  
Alias namque dicebat. Interdum gratia dei visa est mihi sic affuisse ut post  
vigilias nocturnas et officium matutinale ita me sentirem robustum et alacrum

Vicissitudines  
honorum et  
malorum

ac si non amplius quam ad dimidium horam in choro fuerim. Hoc modo sane divina gratia mecum egit, sed non semper, nam et interdum ita relictus sum in infirmitatibus meis et miseris ut non solum taderet me vita mea, sed etiam ut non nunquam optarem mihi

Quantum exhortationes bonorum virorum valeant.

terram de hiscere <sup>quo</sup> liberatus a tentationibus in ea quiescerem. Haec silentio praetermittendum quantum exhortationes P. Laurentii illam crexerunt cum ipse quoque factus. Cum essem junior, inquit, et multis annis in ordine non fuisset Pater Arnoldus Haerman diu fuit hujus Provinciae Visitator Principalis et propter ea frequenter oportebat eum abeunte domo. Interim vero D. Laurentius de Buscherelle Vicarius fuit hujus domus quod officium laudabiliter exercebat. Sed quoties D. Laurentius visitandi gratia venit ad me in cellam sermonibus suis et exhortationibus sic crexit me, stabilivit et confortavit

Inoclarum testimonium de Sanctitate Patris Laurentii Monachezele

ut posteaquam fuit in cella mea per duas hebdomadas mihi gratiam Dei sentirem adesse. Eram <sup>si</sup> quidem provisus ad modestiam, proclivis ad prebatem, promptus ad fraternam dilectionem ferventior in precibus subtilior in divinarum contemplatione et in cunctis observationibus Ordinis publice et privati alacrior, sed praedictus D. Laurentius alia multa reperuntur. Ad praedictum judicium revertamur.

Haec alias dicere solebat. ~~Vixi~~ Vixi quidem diu satis, si satis bene sed extremum ichim semper times. Cum autem quidam Monachus D. Franciscus velle defunctus est qui erat ipse junior in Ordine magnus invalidi metus judocum, atque ab illo tempore nunquam bene valuit, sed vultu attonitus saepe dicebat nobis: nescio quid est mihi, nescio quid habeo, nescio quid patior, deinde paulatim cepit aegrotare sic <sup>fore</sup> ad duos menses. Cum autem Pascha festum advenisset et in die se se debiliorem fieri cerneret fertur paululum conyuerens dixisse: Ita ne jam mori debeo cum modestissimum

lotius anni tempus jam praeractum sic et commodius vitibandi tempus adve-  
 nit quando nobis lacte et butyro licet ubi! Sed tamen Divina voluntate  
 se commisit et rite preparatus sumptis Ecclesie sacramentis religiose  
 defunctus est in praesentia B. Prioris et quorundam aliorum nocturno  
 tempore <sup>choris</sup> abis fratribus in choro divina celebrantibus Et Martii anno 1504.  
 Iste B. Franciscus Velle dicebat quandoque: Si Deo placeret optarem in  
 extremis meis non diu agrotare lectoque decumbere, ne mea causa  
 fratres vigiliis et aliis molestiis afficiantur. Certe quod optabat assectus  
 est quandoquidem usque ad extremum diem vitae mortalis inambulavit  
 et ad templum venerat sumptis que per se cibum et potum, sed cum  
 venisset infirmarius nocturno tempore ad legendum cum eo matutinas  
 se <sup>lena</sup> respicit eum in lecto yacentem atque defunctum circa principium  
 huius anni. Sic praeproperam mortem non optarem. Notandum quod  
 de se narrat Joannes Ammonius tempore illo quo praedictus Franciscus  
 obiit tam agrotus eram, ut stare non possem, sed in cimiterio sedebam  
 super unum sepulchrum legebamque cum aliis <sup>et</sup> me putabam prope diem  
 moriturum. Deinde in choro nactus quemdam librum que B. Franciscus  
 scripserat: ex eo legi orationem Divi Bernardini de nomine Jesu christiani  
 mihi visus sum melius habere, gratulati meque curvalui. Sic ut in  
 hebdomada Ascensionis B. Vni ministerium sacerdotis in curvatu parageret  
 curvalui non sum ylene sanatus. At tandem aliquando ab illa oratione  
 magna curvalui. Deo Gratias magna que mihi prosterenerunt pericula  
 a quibus etiam Deus me liberavit Cui laus, honor, et gloria per oia  
 saecula saeculorum. Amen.

Praepropera mors nec  
 optanda

Efficacia orationis  
 S. Bernardini de  
 nomine Jesu

Mortuus est in eadem domo in Januario f. Absalom de Bierlich  
 curvatus qui benevole et sollicite fratribus ministrabat, religiose ventitabat  
 ad divina, bonus que Christianus videbatur. Sed quid dicam? Nescit



homo utrumq; amore an odio dignus sit. Et Apostolus ait: Novit Dominus qui sunt sui. Et distendit ab iniquitate omnis qui nominat nomen Christi. Fili mi; Absalom. Absalom. fili mi. Dixit etiam pater ille Pater. Hic enim quod obitum suum reperitur dicitur proprietarius. Sed quis hominum que sunt hominis, nisi Spiritus hominis qui in ipso est?

immoderatus labor  
manuum periculosus

Videre quoque erat in principio seculi hujus quosdam ad exteriora laxatis habentis totos se effundere non solum immergere sese inmoderatus labori manuali. Sed quod gravius et intolerabilius erat exercere periculosas artes Alchimicis turpidi questus gratia contra quos Ordo gravissimam sententiam fulminavit.

Ordinationem Joannis Domini Milesimo quater quinquagesimo nonagesimo nono factam, et ad certas Provincias duntaxat ordinatam de Arte Alchimicis confirmamus, eam extendentes ad omnes et singulas Ordinis Provincias, cujus tenor sequitur. Ad nostrum, quod dolentes, referimus, pervenit auditum quod plures Ordinis persone diabolica fallacia adeo decepti sunt ut tempus et vitam in Alchimia et Quinta Essentia consumant, multasque experientias faciunt iuxta Apostoli dictum, Semper ad discendum et nunquam ad Veritatis Scientiam pervenientes aurum et argentum conflant, et in dispendium patrimonii Christi Ordinisque scandalum in nihilum redigunt. Dolentes igitur super his de remedio opportuno providere statuto irrefragabili Ordinamus ut in antea posterum nulla persona Ordinis vel extraneorum se in practica Alchimia sive Quinta Essentia occupet, neque fornaces, neque vitra atque

aliaque ejusdem practice instrumenta quod se retineat sub pena quoad  
 Priores et Provocatores privationis officii et quoad subditos sub pena carceris.  
 Eadem Ordinationi adficiemus omnibus et singulis personis  
 Ordinis nri status cujuscumque fuerint ne artem predictam per aut aliam  
 in domibus aut alibi exercere presumant, nec exercitibus praestent <sup>auxilium</sup> consilium  
 aut favorem, aut ibi ~~exercerentur~~ intendant, alioquin tales pro prophanis  
 et criminosis habeantur. Quod si Priores extiterint vel quicumque  
 alias obedientias Ordinis habuerint, ipso facto ipsis obedientiis sint  
 privati et perpetuo inhabiles ad quascumque obedientias Ordinis nri obtinendas.  
 Monachi vero clerici Redditi Conversi et Redditi laici discipline generali  
 subiacent, perpetuoque sint novitii et careant voce sine spe restitutionis  
 in pristinum gradum. Conati autem et prebendarii omnino ab Ordine  
 expellantur. Et nihilominus ut omnis occasio <sup>artem</sup> illam in posterum  
 exercendi perdonis ~~judicis~~ subtrahatur Ordinemus et sub penam predictam  
 injungimus ut si quos fornellos aut alia instrumenta ad usum dictae  
 artis ~~quos~~ penes se vel in eorum posse habeant illos et illa infra  
 unum mensem a die publicationis hujus ordinationis computandum  
 rumpant et funditus destruant. Valde enim indecens est ab observantia  
 regulari penitus alienum Dei servos terrena querere cum eorum concordatis  
 in caelis et terra celestia deberet esse. Et Visitatoribus Provinciae  
 injungimus ut in singulis domibus Provinciae suae diligenter inquirent  
 hi praedicta fieri et juxta praesentem ordinationem exequantur.

Domus Lovaniensis  
 ordini incorporata

Hoc anno Domus Mariae Magdalenae sub cruce in monte Calvariae Lovanii  
 Ordini incorporata exhibuit <sup>proventus</sup> ejus Prior fuit D. Joannes Delphus professor D. Gandensis  
 Circa hunc annum obiit magnificus Dominus Baisin magnus <sup>benefactor</sup> Domorum Paradiac.

Benefactores Ordinis

Mariae et Domus Schielden ubi edificavit tres cellas Monachorum et dotavit se ditibus  
 pro inhabitandis in eas.

Item Dna Ursula ~~Comitissa~~ <sup>Comitissa</sup> Hauramburgensis magna benefactrix  
 domus in Ikingen et Cartusid, qua pro erectione dictae domus in  
 Ikingham et Cartusie dedit summam quinque millium florenorum  
 Rheneulium. Item generosus (Sigmundus) Elector quiescit filius  
 Dni de Swartzenbusch princeps fundatoris prebendarius domus Pontis Maris. X  
 Instituta suam missa de Spiritu Sancto dicenda in conventu pro duobus  
 magnis benefactoribus. Ordinis pro Magistro Roberto Wido subdiacono  
 in ecclesia Cathedrali Willemsi in Anglia. Altero pro Honorando  
 & Magistro Waleraudo Pepin in medicina Doctore et Canonico Lubdomasi  
 qui fuit Audemarensis C<sup>te</sup> singularis benefactor.

Item missa de Dna in conventu pro & Bernardino Cardinali Legatione  
 tituli S. Crucis in Hierusalem qui Ordini multum affectus fuisse  
 dicitur. Item pro Illustri Dno Gonsalvo magno Capiteano Regis  
 Hispania qui ut diximus superioris anno Francos ex regno Neapolitano expulit.

Princeps Philippus intelligens Carolum Egmondium contra Ar-  
 bernoldi venditionem testamento approbaram confirmaram que Caesaris  
 Sigmundi diplomate in Geldria vi regnare, eum debellare universaque  
 Geldria pellere (ul Patria prostrato e Germania discedens se facturum  
 oral pollicetur) Constituit. Arnhemum obsidibus productisque tormentis  
 inopia defecit, tandem civis dederunt se certis legibus quas et vicini  
 aliquot amiserunt. Igitur mense Julio Princeps Comitalis Belgarum  
 Proceribus Arnhemum ingreditur magnoque cum honore exceptus  
 inauguratusque) paulo post haud procul Zutania castra locat.  
 Instante hyeme apud haud die Strabura cum Carolo Egmondio  
 inicitur. Non enim quiescere Gelder poterat mille temper artibus instructus  
 ul specie pucis Dux pauper vicinos depredaretur.

Philippus Princeps  
 Arnhemum Deditione  
 Cap: it

1504

Hoc quoque anno atrocissimum bellum exortum est inter Maximilianum Caesarem et Philippum Comitem Palatinum Rheni de quo consule historicos.

Inveniuntur etiam domestica bella quae hoc anno prior habuit cum Joanne Obberge qui exposuerat pecunias pro Ecclesia nostra nomine Joannis Fax (Custodis vestrum Maximiliani Regis) qui semel promiserat dare pro Ecclesia nostra centum libras grossorum Flandriae et fecit fieri labores ipsaque Joannes Obberge omnia exposuit nomine dicti domi-

celli Joannis Fax. Sed postmodum Joannes Obberge petiit omnia quae exposuerat pro dicta Ecclesia sibi reddi et restitui. Et fecit nos citare coram Officiali Cameracensi et processu

finito, fecimus ipsum (sc. processum) visitare per expertos qui dixerunt quod eramus male fundati et quod amitteremus causam nostram. Tandem convenimus cum dicto

Joanne Van Obberge cui promissimus dare centum coronas quas ipsi solvimus

et dedimus, quia si fuisset condemnati sicul satis asperum in triplo plus dedissemus.

Quis retribuat nobis meliorem fortunam et adiutorium certius quam tunc habuimus.

Hoc anno et oct. ex hac vita migravit Otto Wolfswinkel de Amberfordia Prior de

Ultrageld, cui domini procepsit novem annis. Vixit in Ordine ultra 19 annos.

Hoc anno si bene notavi ex Chronico Capelle alias probrato anno fuit sepultus in nostro

cimiterio nro fr. Richardus Conversus de Capelle qui obiit Bruxelles in hospitio nro

inter manus Joannis de Grooto Procuratoris hujus domus qui eidem ministravit

Sacramenta Ecclesiae et Sacramentum et extremam unctionem Capus etiam confessionem

audivit. Et venit Prior Capelle circa noctem quo presente fuit hic sepultus.

In predicto Chronico sic habetur: Cuiusdam annuam Domini 1461 receptus fuit in hac

Domo sc. Capelle Richardus Perant non longe ortus a Camberone. Et primum

quidem Donatus postea vero factus et Conversus. Hic Principibus terra

notus fuit, et aliquando Coquinarius erat in hac domo, et alio tempore

fuit etiam Portarius. Cum autem ob aliqua negotia profectus fuisset

Bruxellam essetque non admodum bene dispositus in corpore, de consilio

medici sumptis catopoliis cepit magis exprobare atque inibi non post multos dies

Hinc discant  
Officiales  
in libris pacem  
inire cum parte  
adversa perunt  
Statuta monent

Regina Philippini  
Principis Socrus  
fatis concedit

Castella

Obiit nonis Decembris. Sepultus fuit in domo ordinis nri prope Brussellam.  
Quinto Calend. Decembris Medina Campi Obiit Elizabetha Hispaniae  
Regina Ferdinandi Catholici Aragoniae Regis uxor, vita ac moribus  
foemina aliis multis praestans. Inaene apud suos ingentis prudentiae  
nomen obtinuit. Ad quam spectabant Castella regna Hispaniae  
longe maxima praestantissimaque pars.

de eius morte cepit  
demum Philippus  
Castella Legionis  
et Granatae Rex  
Salutari

Hoc anno 1504 designatus fuit Venetorum Patriarcha Antonius  
Lucianus Monachus Ordinis nostri.  
1505 Postidie Idus Januarii anno 1505 Celebrat Princeps  
Philippus Brabantiae in templo Divae Gudildae  
exequias Elisabethae Reginae Hispaniae, cujus caeremoniae in  
longum tempus extractae, quum tandem essent finitae: Legatus  
Castrensium alta voce in templo proclamavit: Vivat Dux Philippus  
ac Dna Joanna Rex et Regina Castella Legionis Colchiae; Granada etc  
Vide Hutterum.

Obitus Domicelle  
Marie Contereau  
relictae Joannis de  
Grote Praesidis  
Brabantiae

Hoc anno 24 Januarii obiit V<sup>l</sup>is matrona Domicella Maria  
Contereau relicta quondam magistri Joannis de Grote  
Sigilliferi ac praesidis Brabantiae. Mater conjugis nri de Grote  
quae honorifice fuit hic sepulta praesentibus nepotibus suis  
D. Joanne Contereau milite, aliis fratribus suis ac aliis multis.  
Quae reliquit oia mobilia huic domui, et dedit insuper tenentem  
quo filius suus Joannes de Grote fuit Procurator diversis vicibus  
plusquam 111/2 Rheunen quos debuisse applicasse pro dotatione  
cellae. Sed oia commisit eidem filio suo, quia oia ad usum  
profectum et necessitates hujus domus exposuit. Procuratori  
Joanni de Brabantiae simul per antea dedit 4 x 111 Rheunen

Recentioribus beneficiis  
eius domui huic  
Collata

1505

Ante obitum suum reliquit domui omnia mobilia sua, inter qua torquem auream valentem censum Rhenum. Perinde dederat duo pulcherrima spallia ad summum <sup>l.</sup> stare quibus in festiuitatibus candelarum utitur et alia parua pro Ecclesia. Frequenter misit viam pstantios aedificae multa alia solatia fratibus, et dedit insuper pro thuribulo argenteo xxv Rhemense. Non sunt omnia scribenda quae domui fecit.

Cartusiani adsum  
moriendi

Progenus unum ut retribuatur illi mercedem vitam quae devote obit proseribus de Priore Mathia et filio suo de Joanne de Grootene Procureatore, tunc Procurator Dno Adriano Moselman Procureatore Dno Diestansia. Fratre Jacobo de <sup>nova</sup> ~~materra~~ <sup>materra</sup> conuerso ejusdem D. de tribus fratribus hujus domus sequuta sub marmore quadrato filii sui Caroli Dni Caroli de Groot quondam Com. P. Cancellarii Brabantiae. Joannes Standonck tunc de Francisco <sup>um</sup> de Paulo (qui aliquando de theologia quae difficultates ad sanctitatis experimentum prosperabat) et egus Ordinem affectu prosecutus est, et tertiam illius Regulam professus fuerit eundem cum illis habitum gessit continentem quae carniuum abstinentiam in tantum coluit ut in morbo lethali ad iis <sup>utentis</sup> <sup>stud</sup> ~~religiosis~~ <sup>religiosis</sup> suis fere similem habitum ordinis et eandem carniuum abstinentiam in collegio ab illis seruandam precepit.

Beata Joana  
moritur

Beata Joana Ordinis ~~A~~ Mariae (qui vulgo Annuntiatorum Virginum dicitur) fundatrix, toto vite decursu sanctissime transacto fere quadragesima Biturgis quarto die feb. hoc anno in dno obdormiuit in primo instituti epus carobis a se excitato.

Tribus diebus post sc. 7 id februarii ad regnum eorum a Christo Dno evocatus fuit Joannes quoque Standonck de theologiae Doctor professor Parisiensis. Quem Ludovicus e regno proseriserat quod dicta Joanne

Obiit nonis Decembris. Sepultus fuit in domo ordinis nri prope Brussellam.  
 Quinto Calend. Decembris Medinæ Campi Obiit Elisabetha Hispaniarum  
 Regina Ferdinandi Catholicæ Aragoniarum Regis uxor, vita ac moribus  
 foemina aliis multis prestantis. Inique apud suos ingentis prudentiæ  
 nomen obtinuit. Ad quam spectabant Castellæ regna Hispaniarum  
 longe maxima prestantissimaque pars.

Hoc anno 1504 designatus fuit Venetorum Patriarcha Antonius  
 Surianus Monachus Ordinis nostri.  
 1505 Postidie Idus Januarii anno 1505 Celebrat Princeps  
 Philippus Brabantia in templo Divæ Gudildæ  
 exequias Elisabethæ Regine Hispaniarum, cujus ceremoniam in  
 longum tempus extracta, quæ tandem esset finita: Legatus  
 Castellæ alta voce in templo proclamavit: Vivat Dux Philippus  
 ac Dña Joanna Rex et Regina Castellæ Legionis Colchi; Granatæ etc  
 Vide Hutterum.

Hoc anno 24 Januarii obiit V<sup>l</sup>is matrona Domicella Maria  
 Contereau relicta quondam magistri Joannis de Grootæ  
 Sigilliferi ac præsidis Brabantia. Mater conjugis nri de Grootæ  
 quæ honorifice fuit hic sepulta presentibus nepotibus suis  
 D. Joanne Contereau milite, aliis fratribus suis ac aliis multis.  
 Quæ reliquit oia mobilia huic domui, et dedit insuper tempus  
 quo filius suus Joannes de Grootæ fuit Procurator diversis vicibus  
 plusquam 111/2 Rheven quos debuisse applicasse pro dotatione  
 Castellæ. Sed oia commisit eidem filio suo, quia oia ad usum  
 profectum et necessitates hujus domus exposuit. Procuratori  
 Joanni de Br<sup>u</sup>ssel semel per antea deditur 4111 Rheven

Castellæ  
 Regina Philippi  
 Principis sorus  
 facta concidit

Obiit  
 demum Philippus  
 Castellæ Legionis  
 et Granatæ Rex  
 Saluberrimus

Obitus Domicelle  
 Mariæ Contereau  
 relicte & Joannis de  
 Grootæ Præsidis  
 Brabantia

Recesserunt beneficia  
 eius domui huic  
 Collata

1505

Ante obitum suum reliquit domini omnia mobilia sua, inter qua torquem aureum valentem centum Rhener. Perensse dederat duo pulcherrima spallia ad summum <sup>et</sup> stare quibus in festiuitatibus candelarum utitur et alia parua pro Ecclesia. Frequenter misit viuum pitantios a calce ac multa alia solaria fratribus, et dedit insuper pro Humboldo argenteo xxv Rheneru. Non sunt omnia scribenda qua domini fecit.

Progenus vnum ut retribuatur illi mercedem eternam quam devote obit proseribus de Priore Mathia et filio suo et Joanne de Grote tunc Procuratore, tunc Procuratore Dno Adriano Moselman Procuratore Dno Diestansia. Fratre Jacobo de <sup>nova</sup> terra conuerso eiusdem D. de bibus fratribus huius domus sepulta sub marmore quadrato filii sui Caroli de Grote quondam Com. Cancellarii Brabantie. Joannes Standonck tunc et Francis <sup>um</sup> de Paula (qui aliquando in theologia questiones difficiliore ad sanctitatis experimentum profuerat) et eius Ordinem affectu prosecutus est, et tertiam illius Regulam professus fuerit eundem cum illis habitum gessit continam que carniem abstinentiam in tantum coluit ut in morbo lethali ad ius <sup>utendum</sup> vix induci potuerit et <sup>stud</sup> religiosus suis fere similem habitum ordinis et eandem carniem abstinentiam in collegio ab illis seruandam precepit.

Beata Joana Ordinis <sup>et</sup> Maria (qui vulgo Annuntiarum Virginum dicitur) fundatrix, toto vite decursu sanctissime transacto fere quadragesima Biturgis quarto die feb. hoc anno in dno obdormiit in primo instituti eius carobio a se excitato.

tribus diebus post se. 7 id februarii ad regnum celorum a Christo Dno vocatus fuit Joannes quoque Standonck theologie Doctor professor Curie. Quem Ludovicus e regno proseriuerat quod dicta Joanne

Cartusiani ad sum  
morienti

Beata Joanne  
moritur



repudiare uxori persuasisset et alteri minime nupturum. Sanctorum  
autem eandem Cameraci recepit Henricus a Hergis Episcopus  
per caput episcopi amplissimum episcopatum ferventissime et  
concionatus. Et erexit in hoc exilio domus pauperum  
Scholarium Cameraci Valencenis Moecklinid et Lovanii. Visitatores  
autem D<sup>i</sup> Lovanienis sunt ex ordinatione sancti Adriani de  
de Braxeto Decani qui ad vitam erat Generalis. Visitator ac  
corrector hujus domus Prior Carthusid et Curatus S Petri  
quibus auctoritatem dedit dictam domum visitandi et  
et reformandi in capite et in membris sine ulteriori relatione vel subjec-

Rex Castelle  
ajunt Belgas exercitu  
iterum Geldros invadit.

Instante menses aprilis fuit Rex Castelle impetrata a Patre domum  
Caesare potestate in Belgium revertitur iterum sollicitus non  
sequitur donec Geldriam vendicasset. Coacto igitur  
non contemnendo exercitu, iterum Geldros invadit. Peruenit  
Carolus natura lenis et inconstans sed bellicosus et  
inquietus pro tempore arte et dolo cogendum ratus accepta  
fide publica ad Castella Regem in Arcem Rosendalam  
venit ac ei adularum impetrat que certis conditionibus duorum  
annorum inducias quas non observavit.

Legio dicta de  
la garde unde  
originem habuit

Finitis bellis Flandrensibus quedam collectio seu ~~partis~~  
collatio probus hominum que vulgariter (la garde)  
nominabatur per diversa Flandria Haunvrid et Prabatid  
loca peragrabat. Vulgus hanc legionem guardiam Francia  
voce appellabat quod ex de causa primum eret conscripta  
ut Romanorum Regi eiusque filio Philippo hoc carcere  
Gardenti, illo Brugenti liberato pergeret essent presidarii

1509

ne post haec a seditionis subditis vim amplius probentur. Sed Romanorum Rege e Belgio in Germaniam profecto, Archiduce Philippo fida in civitate habitante guardia diversis in locis militabat. Quidam ex dicta legione sub honesto titulo quasi a Principe ordinati et missi qui regionem tuerentur patriam protinus vastabant, cum ipsi facerent ea quae doctores facere soleant quia propter multi mortales graviter ab eis erant afflicti et augebatur eorum cumulus in dies siquidem huc confluebant plerique quos fugi pigebat esse Domi. Non cessabant agricolas et obvios de-

Joannes de Flandria  
miles de periculo  
mundi status ad  
fontem Cartusianae  
Religionis confugit

glubere usque dum malis eorum Deus ipse finem imponeret. Non prius miles de periculo mundi status ad fontem Cartusianae Religionis confugit. Quis Joannes de Flandria antequam veniret ad Ordinem natus in Querceto, fuit etiam miles in exercitu eorum qui per noctem intraverunt in oppidum Attrebatense, et quandoque captus et bornacum ductus non fuit sine periculo eum ei acclamaretur assome assome eratque incensum in civitate. Sed cum satis facundus erat in patria lingua post die reddita ratione liber dimissus fuit. Qui cum inter tales mundi procellas abatem ageret, saepe miseram vitam suam deplorabat, quocirca tandem veluti resignans ad Ordinem Cartusianum et ad domum capelle confugit animae suae salutem quaesiturus. Ubi receptus fuit et professus ac sacerdos promotus. Erat inter eos moribus urbanis praeditus, gracili corpore, statura mediocri, facie aliquantulum fusca, acri ingenio quamvis litteratus, ad iram facilis, facilior tamen ad placandum visu acutus, victu sobrius, et in receptione ventitantium ad se festinus. Fuit Infermaricus ordinatus, quod ministerium non modo sollicite et sedule peragebat sed etiam abae alacriter obibat cum tanta semper bene voluntate tractans infirmos et egrotantes, ut si mater eorum fuisset

Sedulus fuit  
infermaricus

non potuisse diligentius. In cella sua accurate et probe totius vasa <sup>cu</sup> ~~totius~~ marta facere consuevit. Et cum adducti fuissent duo monachi monasterii S. Galeni scienter eleganter scribere, inter paucos dies didicit ab eis artem scribendi. Et litteras quidam venuste pingebat et formabat otographice tamen haudquaquam faciebat satis. Obiit in praesentia multorum fratrum ante lectum epus brabantium in meridie dum hora tangebatur 18 Anno 1505 VII Idus Junii. Hic dicebat in sua infirmitate quae sicthea hydrofica qua et mortuus est se transturum brevi ad Paradisum esse quae ambulaturum inter lilia et rosas floresque Paradisi.

Cum bona fiducia moritur

Obitus Prioris  
C. Ultrajectinae

7 ejusdem mensis Junii obiit Venerabilis Pater D. Lambertus Gaeff professor et Prior S. Ultrajectinae in oppido Amsterdamenti in domo Patris sui, morte subitanea, inde per fratrem juniorem et alios nonnullos amicos, Ultrajectum ad domum professionis suae transtulit. Vixit in Ordine 27 annis cum dimidio, praefuit in Prioratu septem mensibus.

Verre motus

Hoc anno in prospecto S. Bartholomaei Apli fuit terra motus Vespere circiter horam Decimam, et inter nocturnas quidem tenebras luna clare fulgebatur. Ventus autem nullus super terram. Deinde paulatim caput audiri terra mugitus quasi sonitus magis tempestatis aut venti a longe venientis, deinde omnia tremere et homines abhorrere mirabantur. Postremo quidam validus quidam impetus venit et uno transitu concussit omnia fundamenta regionis nostrae sed non diu duravit, et ita parvum fragor audiri cessavit ac demum tellus quiescit.

Versus est et hoc anno saevus Cometa in Palatinis: ditius inter occidentem Septentrionem qui suo formidabili aspectu non paucos terruit et referit Lucius.

Maria Austriaca nascitur

Decimo quinto Calendas Novembres nascitur Regi Castelle Bruxella filia cui nomen est inditum Maria. Verba sacra ablutionis fecit Casar ac vidua Engelberti Hassani, quae postea nupsit Ludovico Hungariae Rege, et fuit huius Patriae Gubernatrix.

Consilium Mechliniense

Philippus Princeps in Hispaniam venio profecturus secreti consilii anno 1455 ab Philippo Rege instituti Senatores Dividit, atque fixam cuique parti sedem assignat una Mechliniae (in dicto consilii supremi nomine) Principi jussu sedem figente, ad quam ex Provincialibus civitatibus Flandriae, Arvensis, Hollandiae, Zelandi, Frisii ac Luxemburgi appellarentur; altera in urbe Bruxellensi permanente, servato consilii Arcani nomine et unicuique Praeside ac Principis Procuratore attributis.

Consilium arcenum Bruxella

Philippus Princeps in Zelandiam cum ingenti comitatu profecturus Middelburgi decembris 17 Aurei Velleris comitia tertium et ultimum celebrat.

Quarto idus Septembris obiit Philibertus Rex Sabaudiae nullis e Marguareta Austriaca relictis liberis aetate anno vigesimo quarto rediens a venatione qua adeo corpus incaluerat, et cum primum frigida haudisset continuo animam efflavit. Cetero hunc obierunt quoque 14<sup>to</sup> idus Augusti Bernardus de Pysiamonte Abbas Blasemontis, magnus benefactor domus Lanceae.

Item Illustris Dna Blanca Emmanuel Baronia de Landora - Bonifacia Domus Villa Frasscha.

Tempestas dissipat Classem

ANNO 1506 Quarto idus Januarii Philippus Rex Castelle Middelburge solvit eunq; Angliam in conspectu habens navis Regia fornito corruptur ique tanta omnium consternatione ut extremam adesse horam vereretur. Sed vocorum Tempestas diligentia ignis restingitur. Exinde tempestas adeo horribilis ac saeva eos accipit ut haud procul naufragio abessent, aegre in portum opidi Hamptone (quod est in Anglia) navis Regia paucis comitata appellit tribus cum omnibus rebus

et hominibus fluctibus absorptis. Excepti sunt a Rege Henrico Septimo  
 cumma cum benevolentia ac humanitate maris tranquillitatem  
 ac ventum secundum expectantes.

Erardus Mareanus Epus Leodiensis  
 defuncto, sufficitur Erardus Mareanus Roberti Sedanensis Episcopi  
 affinis. Qui amplissimum Leodice palatium a fundamentis  
 excitavit. Huius sen Dismantousem Francimontanam aliasque arces  
 instauravit. Deque universa Provincia Leodice optime curavit.

In Cartusia Montis Dei quadragesimam  
 transiit et a Sacerdotali munus se  
 preparat.

Dum diploma Pontificium expectat Sedanicum se confert ad Robertum  
 Merckanum loci tunc Dominum a quo octo supra viginti millia  
 Ducatorum in sumptus instantis inaugurationis accepit. Verebatur  
 se, vir providus si subditorum se debitorem constitueret ne suam  
 in justitia instauranda excedere libertatem perderet, <sup>†</sup> Ubi divi-  
 norum librorum lectio, rerumque spiritualium meditationi  
 vacans ad Sacerdotale munus Directoribus Religiosis optimisque  
 Praeceptoribus, et imperio Spiritu Sancto ductus se preparat dum  
 Gascha celebrat administrationis Episcopatus illi a Summo Pontifice  
 mandatur.

Postquam Rex Castellae fore per tres menses apud Angliam Regem  
 summo cum honore et letitia exceptus fuit, Non Cal. Maii  
 conscendit navibus in Hispaniam dant vela, adeoque feliciter  
 navigatione ut quinto cal. Maii Coronyam in Galiciam appellerent  
 Ubi cum summa letitia ab omni hominum sexu agere sunt  
 excepti. Accurrere ex universa Hispania Præcres Ferdinandum  
 Regem socerum deserentes cui tanquam aetate jam affecta nec  
 admodum liberali, ut fertur, facile omnes novum Regem  
 annos natum 28 et vitæ splendore florentem anteferebant.

† Tempore autem quadragesimae deliciis paternae domus neglectis  
 ad Cartusiam Montis Dei haud longe a Sedanis distantem se  
 confert.

Dominicus vero cum suorum levitatem detestatus Neapolim navigavit.  
 Christophorus Columbus <sup>u</sup> Gensensis primus novarum terrarum  
 partium atque Insularum nostro saeculo inventor & mox Valledolci  
 in Hispania moritur. Sepultus in una domo Ordinis. Si bene

recorder Loerius illi hoc Chronographicum dedit Epitaphium

CHRISTOPHORVS COLVMBVS

Gensanvs.

Occidvi orbis Inventor

obijt non abiit

Tertia Compilatio In Capitulo generali nri Ordinis indicta est tertia compilatio Statutorum  
 Statutorum indicta nostrorum his verbis: Cum proel compilationem novorum Statutorum  
 quam plures Ordinationes per hoc unum generale Capitulum ad conservandum  
 Ordinis statum gravide et salubriter facte fuerint. Quorum aliquae  
 confirmatae, aliquae certis partibus respectibus et causis revocatae fuerint,  
 aliae vero in melius emendatae temporum, personarum, et occurrentium  
 pro tunc negotiorum qualitate presata, ex quibus pro eo maxime  
 quod ordinationes istae cum inde secutis ad singulorum nostrorum  
 non venerint, aliquis in Ordine difformitas et non modica inter  
 Ordinis personas dubietates ortae sint oriuntur ac in posterum oriri  
 possent in summum et dicti Ordinis detrimentum et animarum  
 periculum, quibus obviare volentes ordinamus quod haec ad imme-  
 diate sequens Capitulum per duos tres aut plures ejusdem nri Ordinis  
 Priores aut Monachos in talibus expertos ac practicos quos R<sup>quis</sup> = Pater  
 Cartusie ad hoc opus elegerit et deputaverit ordinationes praedictae a  
 dicto tempore citra factae videantur et examinentur et rescriptis reser-  
 vandis sub congruis et debitis rubricis et titulis describantur et  
 assignentur. Et inde nro dicto Capitulo exhibeantur et presententur.

per eum iterum videnda et examinanda. Et si eidem Capto bonum  
 et utile visum fuerit publicentur. P<sup>ro</sup> ad Dei laudem Religionis  
 augmentum et subditorum salutem et pacem.

Universis personis Ordinis n<sup>ostri</sup> et ceteris Christi fidelibus notum fieri  
 volumus Nos cum ea qua decet reverentia litterarum Apostolicarum in  
 forma brevis sub annulo Piscatoris recepisse hujusmodi sub tenore  
 que prohibent ne mulieres ingrediantur domos Ordinis n<sup>ostri</sup> et  
 habeantur <sup>inter</sup> privilegia Ordinis. N<sup>o</sup>. 130 fuit et Capto in vigore  
 omnibus et singulis personis predictis oia et singula in predictis  
 Apostolicis litteris contenta intimamus et notificamus ingressum  
 Ecclesiarum et domorum <sup>nostrarum</sup> ~~nostrarum~~, tam omnibus mulieribus cupis  
 cumque status et Conditionis fuerint sub penis et censuris in  
 eisdem litteris contentis inhibendo. Et nihilominus personis pre-  
 dicti Ordinis injungimus quatenus hanc ordinationem n<sup>ost</sup>ram  
 imo verius Apostolicam inviolabiliter faciant observari ad ulterius  
 dictarum litterarum executionem singulos ejusdem Ordinis  
 Priores Debeant.

Hoc anno obiit in Germania V. P. S. Ambrosius Aleutsenius  
 Prior domus ~~Holm~~ Christi et Vicarius Provinciae Alemannie  
 inferioris. Scripsit tractatum qui intulatur: *Fides Christianum*  
 Domus Pacis Marie in regno <sup>Suevie</sup> ~~Gracie~~ fundata est  
 a D<sup>omi</sup>no Henrico ~~Sto~~ Gubernatore dicti regni quem arbitror hoc  
 anno e vita migrasse.

Conthoralis autem ipsius D<sup>omi</sup>na Onghewigis obiit in festo ~~Sancti~~ <sup>Sancti</sup> ~~annos~~ 1309  
 Hoc anno honorabilis Virgo dicta Elisabetha Scriders de Mecklinia  
 dedit huic domui Ducentos Rhen. Coes, ut ex ipsis pecuniis

Littere in forma  
 Brevis Julii Secundi  
 Papae Directae Capto  
 Generali ne mulieres  
 ingrediantur domos  
 n<sup>ostri</sup> Ordinis

Domus Pacis Marie  
 Steymon Schur legitur  
 in chartis

Elemosyna Elisabetha  
 Scriders

1506

emerentur redditus pro duabus missis omni hebdomada celebrandis in perpetuum in Ecclesia B. Virginis vel una de quibus denarii et empta una hereditas apud Anderlecht que alias spectabat ad Henricum Huggo cum orto pomario, prascara ac alia parva domo contigua. Est etiam alia hereditas empta pro duobus missis. Propterea sumus solliciti celebrare easdem missas, quia liberaliter dedit dictas pecunias. Et est virgo sancta et multum famosa in civitate Mechliniensi, que a magnatis et pluribus honoratur eo quod ministrat pauperibus, infirmis et debilibus facere omnia que habet, etiam cives Mechlinenses mittunt illi pecunias vestimenta cibaria et huiusmodi ad ministrandum pauperibus quos oes noscit et sollicite ministrat. Habuit etiam fratrem in Ordine profosum doctoris Antuerpiensis cui Domini multa dedit donaria tam in pecuniis promptis quam etiam in aliis elemosinis. Multa laudabilia sunt in ea merito laudanda et scribenda que omnia protereo. Deus dabit unicuique secundum mercedem suam.

Nota quod anno 1495 erat empta curia una de Beysberghe erga de Gaerbaek in parochia de Leuwe, ut supra nemora, prata, terra arabilis prout in registro continetur pro una certa summa que bona venerunt ad Dominum de Gaerbaek ex parte illegitimi defuncti de cognatione Domini de Kestergate et habuit a Domino Carolo legitimacionem quod amici sui possent succedere in bonis suis. Hac occasione Domina de Kestergate medio amicorum hoc anno 1506 sic convenerunt se. quod Dominus de Gaerbecke daret Domini de Kestergate pro iure suo trecentos Rheneuses a se Dominus Ludovicus et uxor eius cum filiis suis cesserunt iuri suo coram Cancellario. Et quia ita bona erant maioris valoris quam nos enimus ideo Dominus de Gaerbecke intendebat conventionem nobis cum factam annihilare



et reddere nosis nos Donarios sperare tantum recipere de predictis bonis quod sine suo Damno possehi satisfacere Dno de Kestergate de prefatis trecentis Rheencensibus. Nos igitur videntes quod prefata bona quiete et sine strepitu possidere nullatenus possemus volentes vitare processum cum Dno de Gaesbecke et manere in possessione nra sequenti Consilium peritorum potius elegimus augere summam primo per nos pro predictis bonis Datum quam eisdem privari. Ideo Deditur Dno de Gaesbecke <sup>†</sup> de consensu partium per decretum adjudicata, nos per Procuracionem ejusdem Dni coram Dno de consilio Probatorum iterum predicta bona accepimus. Unde confecta est littera pro qua Deditur 7 Rheencens.

Isti ducenti Rheencens vero hereditate predicta expositi venerunt de illis 11 Rheencensibus quos Elisabetha <sup>†</sup> Gniddera de Mecklinia dedit pro fundatione duarum Missarum sc. fere x Rheencens. Et ideo tenemur continuare illas missas quia si Domistadium cum promario emptum non sufficeret ad intertenuendum dictas missas, tunc oportebit tantum apponere de <sup>precursoria</sup> ~~precursoria~~ domus quod dicta missa valeant continuari.

Fine mensis Augusti Philippus Rex Castellae cum uxore Joana urbem Burgos intrah. Statimque loca pda Miraflores ac Carthusianos nostros invisit. Post dies aliquos ad ludum quorvda pileae cum reticulo se exercitatus contendit. Quinque pro mediocri tempore summis cali. Caloribus nimio exercitio sanguis actuare, ac stomacho humorem putenti frigidam avidius infudit. Status male habere cepit. Invalente morbo decumbere cogitur, animumque extemplo ad Deum convertent testamentum condit ac condignum, Sacramentis Ecclesiae se munxit, ac septimo Calendas Octobres e vivis emigravit, annos 28 non amplius natus. Ad Miraflores Carthusianos ibi

† adhuc ducento Rheencens, et postea dicta bona Dominus de Gaesbecke

Philippus Rex  
Castellae et Princeps  
Belgii moritur

ibi propinquos extremo omnium maerore desultus, corde Brugam Flandricam  
in conditorium maternum transmitto. Mortem eius Comes magnus  
in Occidentem per aliquot dies flammescens processit ac judicere  
visus est. Hujus intuitu per filium eius Carolum Imperatorem Romanorum  
Domini collata sunt certa privilegia conquerendi bona absque solutione  
amortizationis. Exicitur in charta magnus benefactor Domus de Miraflores  
Hanc testamento, aliis etiam <sup>locis</sup> suis bonis, legavit 30 millia Carolinorum,  
ex quibus mille assignavit monasterio suo Carolus eius filius.

Duo Diaconi  
intra spatium unius  
mensis mortem  
susciperunt Ultrajecti  
<sup>etiam</sup>  
fr. Lucas de Warentberch  
conversus d. Brudellm

Hoc anno in Cartusia Ultrajectina duo Diaconi vita defuncti sunt. Unus  
2 Henricus Othonis 26 aprilis, et alter Volguinus de Voerd 19 Maii.

Hoc quoque anno, ni fallor, in Schuel vel sequenti obiit fr. Lucas de  
Warentberch. Conversus germanicus virgo proxi rebus scriptori libri  
fundationis. Sed haec virtus non est peculiaris sed fore communis omnibus  
religiosis nisi ex mente fuerit. Erat factor cibicorum et insardum calceorum  
semper bonus et utilis Domini, filius obedientiae cuius anima requiescat in pace.

Benefactores  
Ordinis

Obierunt 2 Berengarius Mercader miles, magnus benefactor et factor  
D. Vallis Christi. Item R. = <sup>Anthonius</sup> ~~de Hujesalio~~ Ledis Apostolice Protho  
notarius benefactor D. Caturci 12 et Joannes Ulrici de Stofflen Canonicus  
Ecclesiarum Basilicaensis et Constantiensis benefactor D. in Stingham  
Bartholomaeus Jacobi fundator unius cellae in Domo Kamprensi. Item  
Una Catharina Cromback fundatrix unius cellae in dicta Domo,  
et Una Isela militissa Midachben fundatrix unius cellae in Domo  
Monachorum.

ANNO 1507 february septimo die Catharina Philippi Principis filia goethuma  
in Hispanis nascitur.

Maria Austriaca

Marquarita Austria Philippi Gulchri Principis superiore anno defuncti soror

Belgicæ præfector  
28 Maii

atque Philiberti Sabaudia Ducis Vidua, mense Maio Belgicarum Divisionem  
Cardi nepotis sui nomine regimen suscepit præfectæque usque ad  
obitum tribus nempe annis supra viginti teste Massuo.

Andreas de Bornaco  
nominatur  
qui et in hac secundam  
fecit professionem

Circiter annum 1423 receptus fuit in Domo Capella ad Statum  
Chouachi quidam juvenis Andreas nomine natus Bornaci latinis  
litteris medicorū imbutus quæta morem illius temporis, qui postquam  
professionem fecit in Ordine plusculos conscripsit libros. Erat  
homo robustus statura sat <sup>m</sup> incubis Habens naturaliter bonam  
et sonorans vocem et inter cantandum verba Divina valde distincte  
et aperte pronuntiavit et colloqui tempore juveniores fratres ad monerem  
consuevit, ut in choro et cenaculo legere sicut scribere et in  
libro l'Ordre c. 8. distincte et aperte ad intelligendum. Ita legabat  
ipse opere docens quod dicebat verbo. Quamvis inter Monachos domus  
Domi Domus esset, tamen omnia Monachi munia publice et  
privatim sufficienter obibat quæ fratribus utis admodum grata  
fuerunt. Hic parvulum circa frontem habuit a latitudine sua  
tuberculum ferre ad dimidiatam unci juglandis modum, de quo  
Francis ante obitum annis cum in rasura ibidem lesus fuisset  
a tuncore sanies cepit effluere de prostrando vellibula cecidit  
et ipse plene sanatus fuit; atque ubi prius erat tuberculum ibi  
prostrum remansit vellibula. Hic Andreas habuit duos fratres in  
Ordine Carthusiensi. In oritur unus Robertus nominabatur  
professor d. I. Catharinae prope Antuerpianam. Alterius autem  
patris nomen ignoro. Sed audiri fuisse profectum in Provincia  
Picardie et postea Trissem.

Anno 1470 quando inchoata fuit domus Ordinis nri juxta Delphs Andreas iste cum aliis fratribus ad Capella missus est illuc et in domo Zirezed aliquando hujus fuit sicut et in hac domo Bruxellensi. Ibi secundam professionem fecit ex mandato R<sup>di</sup> Patris. Reversus est tamen ~~postea~~ postea ad domum Capelle primae suae professionis. Ibi obiit hoc anno 1507 a 3 cal. Martii. Vivit in Ordine annos tres et quinquaginta.

Hoc anno in Schucht fuit ventus quidam Joannes Boelaer filius Auri fabrici qui non perseveravit in Ordine multum dissolutus. Sed postea factus presbyter 1<sup>o</sup> Quadula Bruxellis ibidem omnibus odiosus.

Franciscus de Paula  
fundator Minimorum  
ad caelos migravit

Franciscus Gaularum Calaber Ordinis Minorum Instigator a Ludovico XI Rege in Galliam evocatus apud Burones in Dno obdormivit 28 aprilis Parasceve Sancta.

Carolus Fledria sua et Robertus Marckanus in Brabantiam venire opidum Disthense vastaturi a cuius mœnibus Massonii Principis et civium virtute repulsi alio signa contulere. Mala igitur opido in senso Phenas obsident diripiunt et ne a templis quidem aris temperant. Brabantii interim nequaquam commoti unicum Lovanium presidio firmaverunt.

In caelo nihil actum lego nisi approbatam tertiam compilationem Statutorum. Scilicet: Tertiam compilationem Statutorum ex ordinatione nra noviter editam et per nos seu Deputatos a nobis visam et sufficienter examinatum laudamus et approbamus et pro illius majore firmitate et auctoritate sequenti Capitulo iterum examinandum et tunc si visum fuerit confirmandum et per Ordinem publicandum remittimus.

Est Cartusiani nri instituti indigne cenobium apud Disthemium opidum diocesis Leodiensis. In hoc monasterio vixit jugum suave amplexus est Venerabilis Pater <sup>Petrus</sup> Dorlandus ubi vixit perquam religiosè. Cujus cum omnia referre jam non sit integrum et pluribus sane commemorabimus, maxime ut quisquis Chronicon Cartusionorum; Cujus ipse auctor est legere velit aliquem virtutum et sanctitatis ejus gustum ex is percipiens majorem ex lectione tam piii operis fructum consequatur.

Elogium religiosi  
juxta et eruditi  
Patris nri  
Petri Dorlandi

Fuit ergo is Pater multa integritate probitate et devotione conspicuus  
 tum quoque haud vulgari eruditione instructus, praesertim  
 quod ad sacras litteras attinet, ita ut non inuisito pretur  
 illius quoddam Scripturae Divinae posset arsenarium appellare  
 Divinorumque apotheca charismatum. Quibus fretus omnes  
 docebat, corrigebat, admonebat, hortabatur, et tum ad  
 Dei amorem, tum sui ipsorum salutare odium inflam-  
 mabat. Talis erat semper sermo illius, talia quoque scripta  
 ejus, quibus praeter gratiam Spiritus, inserta etiam sunt  
 quidam dictionis ornatus et elegantia, afficiens suaviter  
 et efficaciter permoveat lectorem benevolum ac pium,  
 quies et tepidum inflammans, pigrum eximulans durum  
 emolvens. Porro in sermone suo sive ad laicos, sive ad  
 religiosos is habebatur diligenter observabat illud Sapientis:  
 Justus sui accusator in principio sermonis. Consequenter  
 eius laudes vitabatque factantiam et sui ostentationem.  
 Despiciebat autem ex animo seipsum, reum se proclamabat  
 accusabat se culpasque suas et negligentias licet illae longe  
 minores essent, quam ipse sentiret. Atque interdum  
 sermonem in aliquot horas protrahens, medullitus  
 compunctus quemadmodum Apulus monachus seipsum  
 judicabat, et tartari flammis adjudicabat, fervens spiritu et  
 zelo justitiae contra seipsum, adeo ut plerumque etiam  
 saxea pectora ipsum cernentium et audientium emolirentur et  
 pietate liquescerent. Ex <sup>haec</sup> autem minime facta humilitate  
 vera sui agnitione, sincero sui odio et contemptu crevit

Proverb. XVIII

Im 70 .....

1507.

Delag. lib. xv. num. xvii  
 Qui censendus verus  
 Monachus

in illo Dei amor qui illi auxit fiduciam speranti in miserationibus  
 Domini, in eius laudandi justitia, et in eius beatissima passione contra  
 omnes aeras potestates praesertim in fine vita sua. Frequens illi  
 in ore erat illud Zachariae Monachi discipuli Abbatis Moysis de  
 quo in vitis Patrum legimus pallium suum sub pedibus deponentis  
 et conculcantis atque dicentis: Nisi quis sic fuerit conculcatus, Monachus  
 esse non potest. Quod ipse pluribus verbis hunc in modum efferre suisque filiis  
 vel fratribus tanquam suavissimum edulcium proponere solebat: Nisi Monachus,  
 inquit, patienter et equo animo fuerit conculcatus et tanquam in mola bene  
 contritus atque fidelis inventus non est Monachus. Per se semper promotione,  
 statu et conditione personarum quibus loquebatur cum omnibus jucundum  
 illi erat de Divinis Scripturis differere, Verbum Dei audientium pectoribus  
 inserere idque in virtute et favore spiritus. Erant sane verba illius quasi gladius  
 acutus et penetrantia valde, quasi stimuli et quasi clavi in altum defixi,  
 quasi malleus contuens petram et saxea auditorum corda. Mirae delecta-  
 batur lectione Scripturarum non modo divinarum, verum etiam sanctorum  
 et devotorum Patrum, praesertim quae mentem sancti Spiritus salubri unctione  
 imbuerent, instruerent atque ad veram pietatem erudirent atque accenderent.  
 Quas etiam solebat miris efferre praeconiis. Cantu illius animus supernae  
 luce intelligenti perfusus erat, tantaeque gustus suavitatem percipiebat praesertim  
 in hymnis Davidicis, ut eius comparatione nullus fratrum eius putaret se  
 vel versum unum assequi et intelligere. Porro reijsa sapiens declarabat  
 quam cuperet seipsum cum fratre suo omnes salubri sapientia scientia  
 et vita sanctimoniam instructos esse. Scripsit non parum multa plura  
 etiam scripturus nisi capitis agra valetudo obstidisset. Libenter redigebat  
 in compendium proluxas nimium sanctorum vitas, volens consulere legentium

Notatis, quibus in re ista habuerit Volandus. V. P. S. Petri Volandi Ordinis  
 Carthusianum professi ac Vicarii quondam in Zeelen hanc procul ab oppido Diestendi  
 Viri sine controversia iuxta pii ac Docti omnia opera requisivit R. P. Gerardus  
 Abbas Laurentii apud Leodium daturus operam ut castigata ac lucide  
 imprimarentur idoque medio et diligentia S. Bazilii Borselii professi super dan  
 abbacie vini tum varietate linguarum quam eruditione multijuga. Ceterum mihi  
 huius quidem ipse Volando fuisse individuum studiorum comes certis litterarum  
 monumentis ulla citoque missis dignoscitur. Volandum olim ad scribendam

qui plerumque longa fastidium et gaudent brevitate. In psalmodiis  
 et nocturnis vigiliis quam attentus quam devotus et intellectu  
 plusquam humano praeditus fuerit. dici pro dignitate satis  
 non potest. Verum ne nos prolixiores tenus lectorem ad ejus  
 scripta remittimus, facile inde percepturum quam de se ipso  
 videri senserit, cupit. Unde fuerit in suis meditationibus, sanctis  
 speculationibus, luculentis illustrationibus, quam fervens amator  
 Dei et virtutum, hostisque et odor vitiorum. Interim tamen  
 brevibus expedimus quis ejus vita finis fuerit: ubi imprimis  
 hoc praetereundum non est quod ante obitum suum pluribus  
 hebdomadibus nihil omnino neque exculentum neque joculatum  
 sumperit praeter lactis serum. Quotidie confitebatur, interdum  
 bis tunc per diem, cottidie in venerabili Eucharistiae Sacramento  
 sumebat cupide et ardentem amplexabatur amoris ulnis dilectum  
 unicam animae suae Iuxam Jesum, atque ut id proseth  
 commodius cottidie in cella missa celebrabatur. Erat  
 patientissimus in perferendis diorum ulcerum accerimis  
 doloribus, suaque mirabili tolerantia ministros suos, qui  
 illi agrotandi aderant haud mediciter adificabat et compungebat.  
 Si quid necessarii ministerii illi esset impendendum non  
 asperio ut solum agroti plerumque, sed blandis et suavis  
 verbis causa amoris Dei illi ut impenderetur orabat.  
 Volebat sibi ad lectum quo decumbebat vel legi quippiam  
 boni vel orari, vel Passionem Dominicam recenseri, vel  
 laudibus Dei et Sanctorum insisti, ipse interim attentissime  
 auscultans et praecipites voces aut serigultantes subinde corrigens.

precavit R. d. Gerardus de Looen Abbas Anverbodiensis Ordinis Praemonstratensis  
 Lini et Joannes Blonus Diacōnus Prior Cambii et Jacobi Leduensis qui scripsit  
 historiam <sup>revelationis</sup> ~~revelationis~~ B. Juliane facta de institutione festi Corporis sui scripta  
 Wolando <sup>corrigenda</sup> mittat.

Ministris delatatis solebat dicere: Requiescite jam paulisper ego aliquid boni meditabor. Et quia ut ipse dicebat non semper in tantis erumnis et doloribus spiritali fruebatur consolatione. Cum multis altis suspiriis et gressibus tansionibus illud psalmi alta voce crebrius iterabat: Non est oblitus clamorem pauperum etc ps. 1x alia similia.

Sepe in vita sua fratribus suis predicare, exhortare et in memoriam pro exemplo servanda in adversa omnibus patientia redigere solebat illud fortissimi Martyris Genesii preclarissimum ad Imperatorem verbum: Non est ree propter Christum, pro quo si milies occidar ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auferere non poteritis

Atque tandem etiam in eisdem egyptii Martyris quem tantopere dilexerat feris, presente conventu et psallentibus fratribus obdormivit in Domino. Anno a nato Salvatore millesimo quingentesimo septimo. Aetatis vero suae quinquagesimo tertio.

Discipulus quidam illius qui hanc vitam descripsit istud quoque de eodem Venerabili Patre commemorat. O quoties, inquit, auribus precepi haec eius verba sibi cum magna indignatione intonantis: Quid superbis, quid te magnae pendis terra et cinis!

Bestia sum nec Deo nec Caelo immo nec terro dignus!

Ex devotis et sanctis verbis eius qua volvebat in corde et ore dum sanus esset sed multo magis cum aegrotaret integrum possem libellum conficere. haec ille de scriptis eius consule Biblioth Carl fol 224 seq  
Fuit varione parabantus et Vicarius domus suae an alia exercens <sup>ad huc</sup> pro comperto non habeo

Patria breviter sensit se ad caelos sanctos premittisse qui orarent pro incolu-  
mitate et prosperitate sua.

Martyrol. Roman.  
ad diem 8. Cal. Sept.



Galli a Namurensibus  
male excepti

Sub finem enim octobris subsequens Carolus Geldric Dux  
Bhenas reliquit, constituto illic tantisper Roberto Marcano,  
Cui incendendi opidi mandatum dederat. Rursum undam  
revertus 600 equites Gallos exactoravit, qui Galliam repetentes  
in Ardenna Sylva non procul ab Herbertensi monasterio fessi  
praedas que onusti a Namurensibus fusi fugatique sunt.  
Equis illorum 600 in publico foro Namurensi divenditis Martonis  
Bhenis porceus reliquum militem saluum in Galliam dedit  
non paucis insolentia feritatis que etiam in agro Ledicensi relictis  
vestigis.

Post eos dies Erardus Marcanus Episcopus Ledicensis agrum Dominum  
reperire in episcopi abundantiam ad Celeste B. Herberti monasterium  
se contulit. Ubi Ubi cum disciplina monastica tricerum gravum  
suffocatum esset, fanguis omnis dissolutionis colorem <sup>erigisset</sup> ~~permissit~~  
aratro Verbi Dei zeloque divini honoris quos ardebat id servare  
et sanctis praescriptis legibus regularum disciplinam restituit  
Cum Ledicenses Geldro militantes arcem Proyam inter Gouicam  
et Buscanducis incredibile damnum mercabui inferbant,  
Hollandi arcem obediencie frustra circumstant. Sed postea Buscodu-  
censes quos malum proprium tangebatur novum tormentorum  
genus excogitantes quod mortaliem vocabant, quo pilas graniti-  
masque saxorum moles tanto impetu jecere ut paucis diebus  
arcis ipsius tota tabulataque deficerent. Unde Succorinus  
ipse arcis praefectus strabis ruina oppressus miles, metu perterritus  
arcem deduxit

Buscoducenses novo  
tormentorum genere  
excogitatis arcem Proyam  
illis in festum expulgentibus

Obitus Joannis Coese. Conversi

Hoc eodem anno 1507 altera Nativitatis B. Mariae obiit f. Joannes ~~Coese~~ Coese

Conventus qui fuit vir prudens et omnibus acceptus magnatis et infimis aliqua  
promeravit et utilis fuit domui. Fuit primo professor d. Cisterciensis in statu  
Bonst. ch. postea conventus hujus domus. Fuit missus per Visitatores ad domum  
Campensem, postea missus ad domum Cisterciensem, tandem ad domum istam  
suae professionis. In qua et diem clausit extremam. Sepultus in nro cimiterio  
caput anima cum Deo in aeternum quiescat.

Item d. Petri Eckart. Item eodem anno ~~20~~ 20<sup>o</sup> novembris obiit d. Petrus Eckart Monachus  
professor hujus domus qui semper fuit religiosus honestae conversationis  
bene mortificatus qui contulit domui ex paternae hereditate cum bonis etiam  
suae materiae relictis quondam Petri Wyckman simul circa xxxiiii Rhen  
supra domos Diversat Brussellae. Obiit devote in Spiritu sancto ipsum ad beatitudinem  
gloriam, prout speramus, comitante.

Aliguae stabula equorum et vaccarum aedificata dicuntur.

Et vivit quoque discessit hoc anno V<sup>lis</sup> Pater Martinus Adomea  
Prior d. Brugensis et Visitator Provinciae.

Obitus V. d. Werneri  
de Mol Canonici  
Anderlechtensis  
praecipui Benefactoris  
hujus domus.

Hoc quartus anno 8 Julii (non autem 7 Augusti ut habet liber fundationis)  
obiit d. Wernerus de Mol Cisterciensis Canonici d. Petri Anderlechtensis  
qui est hic sepultus in ambitu nro. Qui reliquit ac dedit domui  
multa bona. Primo unam domum Brussellae prope den Wilden  
man de qua habemus annue 111/ Rhenentes. Item ipso vivente dedit  
pro expensis suis Diversat bonas summas pecuniarum prout  
habetur in registro Prioris. Insuper post obitum ejus habuimus et  
invenimus ultra xii Rhen in promptis pecuniis. Calendarium  
in summam redigebat quae in vita et morte dedit, xv Rhen. Item  
reliquit domui restam super opidum Brussellense, quae bene  
ascendit ad 1 Rhen. Et prima die fundationis hujus domus

non habuimus ab aliquo tam magnam elemosinam. Deus reddat illi mercedem eternam et oremus pro eo devote.

Comus notabile incrementum accepit ex elemosyna predicti Dni de Mol

Circa principium Septembris post obitum V<sup>li</sup> Dni Canonici Wernean de Mol D. Prior Mathias volens sub modio thesaurum relictum reponere sed supra candellabrum considerans refectorium in quo circa 2<sup>o</sup> annos religiosi frequentarant ruinam miseri Domum honorabilem et spectabilem construere fecit. Cuius primus lapidem posuit ipse V<sup>li</sup> Prior secundum V. P. Prior D<sup>o</sup> Capelle D. Carolus a lapide, testium tertium verum D. Antonius de Measteyn miles et Haro Hannoniois suppositis bibalibus pro operariis. In qua quidem domo pro nunc refectorio Venerabilis religiosi conventus gratiose Deum laudanter reficiuntur non minus orantes pro ipso D. Werneano quam pro illis qui manus adiutrices porrexerunt ad dictam Domum continuandam. Coquina quoque a V<sup>li</sup> Priore Marcelis ferantia constructa correspondet, ita ut omnes adventantes tam nri Ordinis fautores quam professores opus laudent. Inanisvis huius jam non extant vestigia, non piget tamen scribere ut videamus zelum, diligentiam et industriam Patrum nostrorum.

Raymundus de Commercio ex Ordine nro electus in Ep<sup>um</sup> Abrelatensem

Circa hunc annum obiit V. P. D. Raymundus de Commercio quondam electus in Episcopum Perlatensem (alii legunt Carlacensem) Sed putamus verius Abrelatensem, monachus profectus D<sup>o</sup> Gandavii.

Belgarum Ordines mittunt ad Maximilianum Caesarem accersendum

Initio anni 1508 considerantes Belgae esse cum Geldro instare bellum cum Franco legatos in Austria ad Caesarem Instii agentem mittunt rogatum quod ante Lesquianum

recusarant) dignaretur ad Belgas proficisci nepotisque ex filio Caroli  
Austriaci ditiones regere ac defendere. Legationis Principes erant  
iissemet Guilhelmus Croviacus Chèvre et Arbesti Dux qui  
Caroli Principis curam habebat, et Joannes Hauthaerius Brabantiae  
Cancellarius cujus elegantissimam orationem recitat Heuterus.  
Promittit statim se cum eis in Belgium iturum. In ungue sultato  
factionibus rebusque necessariis constitutis Belgarum ordinibus  
per omnia satisfecisset, et Princeps Carolus latini is litteris vereque  
pietate assuesceret Adriano Florentis Ultrajectino qui postea  
summus Pontifex nominis Felix est factus erudiendus Datus.  
Hoc anno ipso die Valentini fuerunt in Schuet vestitio habitu monachi.

Joannes Moersvult  
et Algidius Coesel  
nomen dant Ordini

Joannes Moersvult Prior futurus et Algidius Coesel de Winine qui ambo  
ante ingressum Ordinis fuerunt submonitores in Domo fratrum apud Hage  
reth Pruzelle et anno sequenti miserunt professionem. Joannes reliquit  
et dedit Domui primogenita sua de qua legatione Jo Prior Mathias recepit  
Anno 1516 centum Rhemenses a Cousobris ipsius Joannis qui in uxorem  
duxit sororem ipsius.

Item Jo Antonius  
de Wlesembekke

Eodem anno post bascha monachali quoque veste donatus fuit Jo Antonius  
Wlesembekke.

Antequam a Domo recedamus dicamus quae memoria tradita sunt in libro  
fundationis. Hoc quoque anno Joannes de Groot Procurator fieri fecit lavatorium  
circa coquinae. Et idem ipse composuit ac fecit fieri penuriam circa coquinae  
unde multi laudant ipsum opus. Putabant in futuras multas abates  
aedificasse unde erant et possent sint grati et eis non imputetur quod  
alii laboraverant, ut ipsi in labores eorum introierint.

Domus Anderlaci  
empta

Hoc quoque anno emit Jo Prior a Wilhelmo Geetero Dominici ad

cum suis pertinentiis Titum in parochia Anderlechtensi pro centis  
 quatuor Rheu cum dimidio annue solvendo. Et in eodem loco et  
 et hereditate idem Prior fecit fieri novam curiam ibidem  
 ponendo horreum, novam domum, stabula, cellarium sive  
 penum et alia necessaria pro equis, ovibus, vaccis, porcis  
 et alia necessaria colonis proficua. De qua quidem curia  
 ignoramus quantum annue recipimus, quia ad medietatem  
 dedimus ipsa bona ad curiam spectantia. Omnia bene  
 computatis et consideratis, puto quod annue bene valeat  
 in Siligine centum modios.

Idem Prior fecit operari in ambitu de quo jam dicemus  
 Praenominaus Prior fecit laborare prope Icaroubeke pro lapidibus  
 invenendis, de quibus multa sunt reperata in monasterio  
 item de lapidibus inventis et ~~ex~~<sup>ex</sup> terris in terra nostra pro quibus  
 multas exposuit pecunias.

Quia inceperamus, edificare refectarium et etiam ambulum  
 & Prior mercantiam fecit cum tribus civibus Brussellensibus  
 qui conveniunt cum uno dicto Petro Jnde Iwane ut  
 extraherent lapides ex hereditate sua Vinxem, pro talibus  
 dedit semel ipsis semel sexaginta Rheu et sex.

Et ibidem & Prior invenit bonos lapides et pretiosos, quam  
 quam multas ibidem exposuit pecunias tam pro conducta  
 aquarum quam pro aliis necessariis, de quibus lapidibus factus  
 est ambitus opus egregium et magnificentum nec tale invenitur  
 in hac Provincia, Constabat enim ex integro ex istis pretis  
 excisis <sup>et habebat</sup> prominentia sustentacula non tam pro munime muri

Ambitus in Icheuch  
 superabat omnes  
 totius Provinciae

quam pro sustentatione formid. Hoc iterum repetendum & Carolus  
 de Groot Cancellarium Brandenburgie taliter ambitum inesse  
 ubi conditus faceret. Verum jam vix legis super lapidem remansit  
 Hoc anno 3 Cal. Martii obiit Philippus Palatinus Princeps qui  
 reliquit septem filios et tres filias.

Obiit Ser. Princeps  
 & Albertus Dux  
 Bavarie, fundator  
 S. Viti ex Charta.  
 Soror Maximiliani  
 Cesaris et Vidua Ducis  
 Bavarie monasterium  
 intrah

Obiit etiam non longe post Albertus Bavarie Dux, quem futo  
 fuisse qui resignavit nobis Domum S. Viti prope Ratisbonam. Conjugem  
 habuit sororem Maximiliani Cesaris, que ab eius obitu facultatibus  
 omnibus nuncium remittens ut Christo immortalis sponso totam  
 se liberius tradere posset Mencia quod est pulcherrimum Bavarie  
 opidum monasticum est vivendi complexa gensis, egregium  
 de se probans eximii in Deum amoris et virilis existantia exemplum  
 rarum in principibus feminis, ut prothabitis pompis et vanitatibus  
 seculi cupiant ~~vix~~ <sup>vix</sup> Deo vocare se quanto rarius eo prestantius  
 Omnia enim proclara rara laudabilia et pulchra ut recte  
 in Ethicis ait ~~Apostolus~~ Aristoteles.

Elogium S. Jo. de  
 Belyshensis  
 Monachus S. Capelle

Fuit receptus in domo Capelle anno 1477 & Joannes Pauli Belyshensis  
 Laventrie literis latinis medicanter eruditus quo tempore Joannes Synthe  
 nius ludu litterario presidebat. Fuit homo graciosus, plebeia complexionis  
 bone indolis, ingenio satis aceri, preditus et amator litterarum. Inter  
 mathematicas artes fuit medicanter peritus in arithmetica & geometria  
~~et astronomia~~ <sup>et astronomia</sup> quibus artibus delectabatur, et perhibebat cum viris doctis  
 conferbat quos horum novebat artium peritos. Sapiensule ventitabat  
 ad eum Geometres Angicus Joannes Mostinch tondor Angiensis qui  
 in arte calculandi et geometria nomen habebat non exiguum in his locis.  
 Præterea multos habuit visitantes quia fuit homo satis facundus et sermone

festinus et consilio bonus. Sciebat non in scite libros compaginare  
 quod ministerium illi committendum fuit in hac Domus. Habebat penes  
 se instrumenta multa ad operandum in cupro, ferro et ligno. Et  
 aliquando etiam fuit infirmarius et male habentes pie tractabat  
 presape grato consolans eos sermone. Si quando medici aderant  
 in spaciamentis aut ad cellam ejus veniebant visitandi: grætia  
 studiosse cum illis conferebat de agrotationibus de viribus herbarum.  
 Et multas quidem herbas et earum vires noverat. Aliqui mortalium  
 nemo tam sapiens, nemo tam doctus nemo tam bonus quin  
 sapientior, quis doctior, quis melior fieri possit. De se namque  
 dicit Hieronymus ait alibi: De quibus me certum putabam  
 saepe numero magistros tamen adhuc interrogabam. Et hoc utique  
 faciebat ut illorum responsione certior efficeretur: aut si quid  
 aliud sentiret evidentius intelligeret. Si quis nostrum habuit  
 aliquid concinnandum non gravate fratibus inscribat sine  
 in cella sua sive in cellis aliorum dicebat que facete quæ admodum  
 Ego sum de genere sturnorum nam in societate fratrum me feratiss.  
 Ceterum optimus quisque non semper omnibus placeat, quod  
 etiam illi contigit ut non omnibus placeret. Inanis autem  
 mortuus illi nullus committebatur instituendus, Juniores tamen  
 fratres cum fore omnes ita charum habebant ut nemini seniorum  
 magis considerent quam illi ad quem dum licuit semper confluebant.  
 Quæ vero passus est in Ordine Deus testis est. Ogrotavit autem de  
 hydrospicis fuit et tamen neciebat primum quid haberetur. Et tunc  
 pensus ejus cum durus et tumidus esset arbitratus esse ventositates,  
 deinde cum satis suspicaretur de hydrospici non sibi defuit, sed decoctis  
 chili et aliarum herbarum sepe balneabat usque ad pectus in magna copia

Optimus quisque non  
 semper omnibus placeat.

1508

quo sepe facto in die quodam SS Martynus, Cosmae et Damiani ventor solutus est  
 ex per umbilicum eius effluat aqua valde copiosa. Ina exanatione facta  
 tam debilis erat ut putaretur prope dies moriturus. At miserante Deo convalescit  
 de infirmitate, Deo que gratias uberes agit, et sanatus religiose vivit etiamnum  
 quatuor annos aut quinque, postea quatuordecim recurrente morbo et recrudescente  
 eo denique defunctus est. Tribus ac diebus, tribusque noctibus ante obitum  
 suum sine cogitatione miserabiliter anhelitum trahens facie super lectum  
 angore correptus. Rogavit autem me eum adhuc sanus esset dicens:  
 Quando videris me laborantem in extremis precor ut pro me legere velis ter  
 orationem Dominicam cum precationibus sicut habentur in libello de arte  
 bene moriendi quemadmodum quidam Papa rogavit ~~Joannem~~ <sup>Cellanum</sup> suum Deditque  
 mihi exemplar supplicationum, et feci sicut quae sicut me rogaverat  
 Obiit autem 18 calendas Maii Anno 1508

In Joannem Belprium Cartusianum  
 Monachum Domus Capella Carmen loco Epitaphii  
 Belprie decus fratrum vivendi norma bonorum  
 Gratus eras rectis, te coluere boni  
 Vividus ingenio Scripturas Belprie amavit  
 Consilio polleus et probitate nitens  
 Sapiens invalidos grato sermone levavit  
 Promptus et infirmis officiosus eras  
 Presto fuit multis opera vel primus ubique  
 Propterea multo dignus honore fuit.  
 Belprie in hoc tristi mundo mala plurima passus  
 Vivit apud Superos ac bona bona summa tenet.

Bertham Compilationem Statutorum noviter editam per suo jam Capitula



per nos et Deputatos a nobis diligenter examinatum et in precedenti  
Capitulo confirmatum. Iterum et secundo cum omnium nostrum  
nec non et Deputatorum predictorum deliberatione consilio et consensu  
auctoritate privilegiorum nri Ordinis laudamus approbamus et  
confirmamus. Et ad illius maiorem firmitatem et auctoritatem  
immediate sequenti Capitulo iterum et tertio illam exauctorandam  
et confirmandam et tunc per totum ordinem publicandam remittimus.

Conversis cessandum  
ab operibus in solemnitate  
S<sup>i</sup> Hugonis

Ob reverentiam et honorem S<sup>i</sup> Hugonis Lincolnensis Epi Ordinis  
nri volumus et ordinamus quod sicut dictum festum cum  
candelis quoad monachos celebratur, ita quoad conversos et alios  
personas Ordinis celebratur, et ab omnibus operibus cessatur.

Caeca Ordini imposita  
ex qua licet videre  
quae erant ditiores  
Provinciae

Status Capituli Generalis talis est: Capitulum generale restat  
debetis domui Cartusie mille quadringentos quinquaginta  
quinque florenos septem grossos et unum quatuordecim munita  
Sabaudie, que quidem summa redacta ad Ducatos ascendit  
ad quadringentos sedecim Ducatos.

Pro cuius summa solutione ut domus Cartusie mater nra  
servetur indemnis, nec non et pro centum Ducatis, quos Prior  
domus Neapolis debet expendere pro expeditione certarum  
bullarum videlicet confirmationis privilegiorum et aliarum  
provisionum que concernunt Statum communem Ordinis,  
ordinamus quod fiat una collecta de summa quingentorum  
sedecim Ducatorum, de qua summa solvant Provincia Gallicensis  
XV Ducatos, Provincia <sup>Provincia non inclusa</sup> Aquitaniae XX Ducatos, Provincia <sup>Monialium domibus</sup>  
X Ducatos, Provincia Aquitaniae XX Ducatos, Provincia Catalauniae  
XX Ducatos, Provincia Castellae LX Ducatos, Provincia Burgundiae  
XV Ducatos, Provincia Francie XXXVI Ducatos, Provincia Picardie XX Ducatos

3  
 Provincia Beuthonica L Ducatos Provincia Anglie xxxv Ducatos Provincia  
 Alemanie superioris XL Ducatos Provincia Alemanie inferioris XL Ducatos  
 Provincia Rheni xix Ducatos, Provincia Saxoniae xv Ducatos Provincia  
 Lombardie propinquioris xlv Ducatos Provincia Bursie xl Ducatos,  
 Provincia Lombardie remotioris xx Ducatos. Quas quidem summas  
 singuli Visitatores Provinciarum quatenus quemlibet eorum concelebrant  
 dividunt per singulas domos suorum Provinciarum. Et ab eis illas  
 exigunt et portabunt seu mittent in sequenti Capitulo.

Hae Provinciae (excepta  
 una Castella videlicet)  
 plus omnibus contribuit

Constabat haec Provincia 18 Domibus quarum sex (teste fratre  
 Joanne Carnobio) dicebantur summe divites et opulentes, sex  
 mediocres, sex tenues seu pauperes. Nec ulla posthac Provinciam  
 Hispaniae majorem taxam pendebat (quod ex hac taxa deprehendi  
 potest, <sup>Unde et hoc colligi potest</sup> quantum floruerit haec Divitiis. Et illas quidem prepererat  
 pietas, sed filia comedit matrem. Nunc superest magni nominis  
 umbra potsumusque dicere fuimus Troes.

Bulle tres a Julio 2<sup>o</sup>  
 hoc anno  
 Ordini dabo

Proter bullam confirmationis privilegiorum Ordinis nri datham  
 hoc anni 49 Cal. Augusti, extat alia ad conservandam Ordinis  
 unitatem cum facultate dispensandi cum his qui fuerunt  
 alterius religionis ut possint obtinere obedientias in Ordine nro  
 datham 2vi Cal Julii ne viri aut mulieres ingrediantur monasteria  
 monialium sub sententia excommunicationis et haec sunt ultima  
 que habentur in libro privilegiorum.

Cardinalis S. Crucis  
 Venit ad Monasterium  
 in Schuch  
 Erat is Permodicus

Hoc anno altera die I Annus venit ad monasterium nrum in  
 Schuch Ill<sup>mus</sup> Cardinalis S. Crucis cui obviam omnes processimus  
 cum cruce et aqua benedicta usque ad arborem Jagi que sita est  
 in bivio quae est Castellam nrae Bnoe. Processerunt juvenes sc.

Adrianus Floroyii de braxeto Becanus Doct. S. Petri et cancellarius studii Pravianensi (quod magnus ei  
 animus inerat Collegii sui adificium supra vias felini cursu incepit et faeli successu operis perfecit. Et  
 Cardinalem Bernardinum ... filii secundi legatum sibi indignantem suspicasse cum videret Deca  
 infirma pra se fortunae condidisse magnificentem opus quod ipse jam olim idem in eod status medium in ch  
 potuisset. Per idem tempus Maximilianus Imperator cum Carolo nepoti preceptorum et optinorum  
 morum formationem delegit.

per nos et Deputatos a nobis diligenter examinatum et in precedente  
 Capitulo confirmatum. Iterum et secundo cum omnium nostrum  
 nec non et Deputatorum predictorum deliberatione et consilio et condensa  
 auctoritate privilegiorum nri Ordinis laudamus approbamus et  
 confirmamus. Et ad illius majorem firmitatem et auctoritatem  
 immediate sequenti Capitulo iterum et tertio illam exauctorandam  
 et confirmandam et tunc per totum ordinem publicandam tenemus.

Ob reverentiam et honorem S. Hugonis Lincolnensis Epi. Ordinis  
 nri volumus et ordinamus quod sicut dictum festum cum  
 candelis quoad monachos celebratur, ita quoad conversos et alias  
 personas Ordinis celebratur, et ab omnibus operibus cessatur.

Status Capituli Generalis talis est: Capitulum generale restat  
 debens domui Cartusie mille quadringentos quinquaginta  
 quinque florenos septem grossos et unum quartum moneta  
 Sabaudie, que quidem Summa redacta ad Ducatos ascendit  
 ad quadringentos sedecim Ducatos.

Pro cuius Summe solutione ut domus Cartusie mater nra  
 servetur indemnis, nec non et pro centum Ducatis, quos Prior  
 domus Neapolis debet expendere pro expeditione certarum  
 bullarum videlicet confirmationis privilegiorum et aliarum  
 provisionum que concernunt Statum communem Ordinis,  
 Ordinamus quod fiat una collecta de Summa quingentorum  
 sedecim Ducatorum, de qua Summa solvant Provincia Gebennensis  
 XV Ducatos, Provincia <sup>Provincia non ipseclusis</sup> Aquitaniae XX Ducatos, Provincia <sup>Monialium domibus</sup>  
 X Ducatos, Provincia Aquitaniae XX Ducatos, Provincia Cabaldaniensis  
 XX Ducatos, Provincia Castellae LX Ducatos, Provincia Burgundie  
 XV Ducatos, Provincia Francie XXXVI Ducatos, Provincia Picardie XX Ducatos

versis cessandum  
 feribus in solemnitate  
 S. Hugonis

asa Ordini imposita  
 qua licet videri  
 et erant ditiores  
 Provincie

3  
 Provincia Beuthonica L Ducatos Provincia Anglie xxxv Ducatos Provincia  
 Alemanie superioris xl Ducatos Provincia Alemanie inferioris xl Ducatos  
 Provincia Rheni xlv Ducatos, Provincia Saxonie xv Ducatos Provincia  
 Lombardie propinquioris xl Ducatos Provincia Tuscie xl Ducatos,  
 Provincia Lombardie remotioris xx Ducatos. Quas quidem summas  
 singuli Visitatores Provinciarum quatenus quemlibet eorum concecidit  
 dividunt per singulas domos suorum Provinciarum. Et ab eis illas  
 exigunt et portabunt seu mittent in sequenti Capitulo.

Hoc Provincia (excepta  
 una Castello videlicet)  
 plus omnibus contribuunt

Constabat hac Provincia 18 Domibus quarum sex et teste fratre  
 Joanne Carnotio) dicebantur summe divites et opulenti, sex  
 mediocres, sex tenues seu pauperes. Nec ulla post Provinciam  
 Hispanie majorem taxam pendebat (quod ex hac taxa deprehendi  
 potest, quantum floruerit hac divitiis. Et illas quidem prepererat  
 pietas, sed filia comedit matrem. Nunc superest magni nominis  
 umbra protumgansque dicere fuimus Troes.

Bulle tres a Julio 2<sup>o</sup>  
 hoc anno  
 Ordini dabo

Proter Bullam confirmationis privilegiorum Ordinis nri Dabam  
 hoc anni 99 Cal. Augusti, exbat alia ad conservandam Ordinis  
 unitatem cum facultate dispensandi cum his qui fuerunt  
 alterius religionis ut possint obtinere obedientias in Ordine nro  
 Dabam xvi Cal. Julii: ne viri aut mulieres ingrediatur monasteria  
 monialium sub sententia excommunicationis et hoc sunt ultime  
 que habentur in libro privilegiorum.

Cardinalis S. Crucis  
 Venit ad Monasterium  
 in Schuch  
 Erat is Hermannus

Hoc anno albira die 1 Anus venit ad monasterium nram in  
 Schuch Ill<sup>mus</sup> Cardinalis S. Crucis cui obviam omnes processimus  
 cum cruce et aqua benedicta usque ad arborem fagi que sita est  
 in bivio queres Castellam nrot. Cnol. Processerunt juvenes sc.

Adrianus Florentini de bracteo Decanus Eccl. S. Petri et Cancellarius Studii Romanensis (quod magnus ei  
 animus inerat Collegii sui adificium) supra vires felix casu inegit et facili successu operis perfecit. Formul  
 Cardinalem Bernardinum ... filii secundi legatum tui indignantem suspicasse cum videret Decanum  
 infirma pre se portare. Condidisse magnificentum opus quod ipse jam olim idem in aditibus medium inchoare  
 potuisset. Per idem tempus Maximilianus Imperator cum Carolo nepoti preceptorum et optimorum  
 morum Formosum delegit.

Jacubinus Visitavit  
et hunc ~~hunc~~ Clarissimum  
Lovanii illic transendo  
in fine Junii procedentis

Novitius portans unam crucem, demum sequebatur Donatus  
et Conversi cum suis pellibus, denique conventus. Portabat  
que Prior ante pectus suam tabulam S Crucis, pulsabat  
que Campana. Sicque incedentes cum Cruce. Illico que  
se vertit, eumque insequentes omnes revertebamur Priore  
incipiente Be Deum laudamus quod nos insinuat prose  
quendo continuavimus quovis cessare jussi fuimus  
Capellanus suo missam legendo. Fuerunt que ibi presentes  
ppm' Dni D. Jacobus de Orvy Epus Cameracensis et Dnus  
Nicolaus de Rubere Epus Atrebatensis et perreperunt  
simul apud Castellum de Diechbeckel in domo ipsius  
Ep'i Cameracensis qui ipsum invitaverat. Dedit que  
perpetuis temporibus his in anno indulgentiam septem  
annorum scilicet in die Inventionis S Crucis et in Exaltatione  
ejusdem omnibus que religiosis barbatis et non barbatis  
(ita et eadem verba protulit idem Cardinalis) a pena et culpa  
remissionem omnium peccatorum. Similes indulgentias  
concesserat in domo Lovaniensi omnibus Christi fidelibus  
dictum locum visitantibus et manus adfutrices porrigentibus.  
Eum enim pelerina Italia et Principum Christianorum apud  
retinere Veneti, Julius Secundus Pontifex Maximus submisit  
aliquid S. R. E. Cardinalibus, maximos Europe Principes ad fadus  
contra eos suscitavit; et certe non difficulter Maximilianum Caesarem  
et Ludovicum Francorum Regem induxit quibus fari contra Venetos  
bellum erat, sed et Ferdinandum Hispanorum Regem omnique illi  
fadesse junctos allexit, idque tanto silentio ut prius etiam fadus esset

Largitur Indulgentias

Fadus Pontificis  
et Principum contra  
Venetos

Adrianus Florentis de braxeto Decanus scilicet S Petri et Cancellarius Studii  
Lovanensis (quod magnus ei animus inerat) Collegii sui edificium supra  
vires felici auspicio incepit, et facili successu ~~opere~~ <sup>peris</sup> perfecit. Forme Cardinalium  
pennudinam Carmalium Julii secundi legatum sibi indignationem suspicasse  
eum videt Decanum infimam gerere fortunam condidisse <sup>magnificum</sup> ~~opis~~ <sup>quod ipse</sup>  
dian olim idem meditatus necdum inchoare possidet. Per idem tempus Maximilianus  
imperator cum Carolo nepoti praepotenti et optimo <sup>anno</sup> ~~maximo~~ formosorem delegit.

quam epus vel remorem illi intelligerent. Huic et nostrates et Leodienses quoque  
 accesserunt laboratum est, misso in haec partes Bernardo Sequentino  
 Patriarcha Hierosolymitano (id est praedictus Cardinalis S. Crucis) qui mense Junio pro-  
 fecturus in Brabantiam ad Carolum Regis Hispanorum regem in S. Brudonis  
 opidum venit, ubi cum Erardus Praesul Leodiensis remem quae agebantur concius  
 convenit illumque praesente Pontifice pluribus Galliae Principibus commendavit.  
 Factus autem istud contra Venetos Cameraci in Belgii mense Decembri est istum  
 Disque bellum anno sequenti illatum. Una in re laudata semper existit, Venetos  
 eo tempore prudentia et animi magnitudine quod oblata a Curcarum Rege  
 in tanta rerum acerbitate sperata auxilia repudiavit, et eo magis nos Cartusiani  
 gaudere debemus, et gratias Deo agere quod tunc temporis animarum ipsorum  
 Episcopus est <sup>Antoni</sup> Surianus ex Ordine nostro assumpto. Haec etiam Deus  
 in finem deseruit Venetos. Florabat etiam hoc tempore in Cartusia Veneta  
 Zacharias Benedictus ante Ordinis ingressum Abbas Benedictinus qui scripsit  
 vitam S. Brunonis verba haec.  
 Hoc anno 28 Junii fuit in Schuch fuit investitus et tria vota fecit in statu  
 Donati f. Joannes Everaert filius Mgri Joannis Everaert cujus mater nominata  
 est Clara Molenjens. Iste f. Joannes a multo tempore sperantia domum istam  
 frequentavit, Mater epus interrogavit eum pluries an vellet ibidem manere,  
 cui Mater indignanter respondit quod nullo modo hoc faceret, et egre accepit  
 quando aliquis de habitu nostro loqueretur. Eandem instinctu Spiritus S.  
 propria voluntate a nullo informatus aut rogatus sponte et libere petiit Statum  
 Donati in Ordine nostro. Hoc precipientes consanguinei epus excepta matre  
 restiterunt ei in quantum poterant. Et quidem Mgri Gaspar Van Overbeke  
 Secretarius Ducis Sabaudie impetravit litteras a dicta Sena prohibendo quod  
 nullatenus ipsum Joannem reciperemus, quod audiens Mater ipsius

Sub Ill<sup>mo</sup> et R<sup>mo</sup>  
 S. Antonis Suriano  
 Patriarcha Ordinis nri  
 Veneti noluit uti  
 auxilio Curcio.

Florabat hoc tempore  
 S. Zacharias Benedictus  
 Corbuzianus Ordinis  
 ex Abbate S. Benedicti

f. Joes Everaert  
 Donatorum fecit  
 professionem cum  
 tribus votis

multum dolens convenit cum parentibus et amicis filii sui, Joanne  
 de Keyser qui erat filius sororis Magni Joannis Everaecti Patris conspectus  
 nri; Magni Gaspar et aliis quibus dedit post obitum ejus certa bona  
 hereditaria ad ipsum Joannem fratrem spectantia sine scitu et consensu  
 ipsius fratris Joannis quia mater non habuit nisi a usufructum  
 tanquam dotatrix prescriptionem bonorum. De quibus non modice  
 questio orta est et processus contra dictum Joannem de Keyser  
 immo videtur nos diffamare et quotidie diffamari coram Cancellario  
 Brabantiae ac Legislativibus opidi Bruxellensis, et quia nondum  
 habemus finem ipsius processus ideo non scribemus de presenti  
 quantum annue habemus de predicto f<sup>o</sup> Joanne. Eamem legavit  
 coram notario et testibus omnia bona sua huic Domini donatione  
 inter vivos et irrevocabili.

Bona data Domini  
 per Joannem Everaecti  
 Guldenhoof

Primo dedit domum hospitium dictum <sup>et guld</sup> ~~hooft~~ hooft <sup>situm</sup> ~~Bruxellae~~  
 iuxta ~~inter~~ domum Bladorum et domum contiguam ipsius domus.

Item domum cum suis pertinentiis sitam retro dictam domum  
 in vico dicto de Calstraete. Item adhuc alia bona sive redditus  
 sc. apud Itere, apud Moivellam nemus quantitatis fere XII bona  
riorum. Item supra opidum Bruxellense Virr Rhen. Item  
 unam pensionem vitalem ad vitam ipsius supra dictum opidum  
 Item ex parte ipsius habemus Curtiam dictam te Itherbroeck  
 qua quidem Curtis devenit ad Domicellam Claram Molenspas  
 ex legatione et donatione Wilhelmi Moemakers Secretarii Opidi  
 Bruxellensis tali conditione quod dicta Domicella Clara et  
 frater ejus Franco Molenspas decederent absque parte legitima  
 tunc eadem Curtis deveniret una parte ad Religiosos sive monasterium

1308

dictum de Gardinet ea de causa quod idem Wilhelmus <sup>mesmakere</sup> habuit ibidem <sup>†</sup> sororem  
 profectam. Tertia vero pars venit ad domum Gravid juxta Brussellam  
Ordinis Cartusensis. Nunc ipsa Domicella Clara nobis reliquit filium unicu  
 heredem predictorum bonorum ea de causa possidemus ipsam Curiam.  
 Insuper et notandum quod ipsa Domicella Clara quatuordecim coronas que  
 exierunt supra dictam Curiam quem quidem centum Domui huic dedit et  
 legavit ultra tertiam partem nobis delegavit. Item eadem Domicella Clara  
 omnia Denarii suis x formalia terrarum que applicata sunt in eadem Curia  
 et dedit huic Domui. Item silentio non est pretereundum quod quanto  
 ipse nominatus <sup>†</sup> Joannes Everaeto proposuit relinquere mundum  
 convenerunt sex de amicis suis ut eum a Sancto proposito averterent  
 tantum fecerunt ut eum extra septa Capelle gloriosae Virginis blandis  
 sermonibus extraherent et ad oppidum ducere volentes, qui acquiescere nolens  
 eorum verbis mellifluis et inductoris unus eorum dictus Daniel manus  
 in eum iniecit violentas asserens se esse officarium <sup>†</sup> cuius poterat  
 exercere potestatem. Ipsum satis rigore arripuit cum vestimento quo tunc  
 erat indutus. Sed adfuturis idem Daniel cecidit super terram. Ipse vero  
 Joannes pro modo Confrater <sup>†</sup> in manibus ejus reliquit vestimentum  
 et nudus au fugit ab eis, eos deridens quod ipsum <sup>nequaquam</sup> retinere quiverint  
 atque in suo proposito immobilis et constans permansit. Eandem die <sup>V<sup>lis</sup></sup>  
 Sacramenti mundum relinquens non veritus animositatem et iniquitatem  
 amicorum in eorum presentia habitum religiosum accepit, votumque  
 obedientie promisit et stabilis in eodem proposito usque ad mortem  
 permansit. Infirmitatem intus sustinuit et multas gravibus coronas  
 lucratus est eligens potius pati cum Christo quam illecebris ejus mundi  
 inquinari.

† fratrem profectum, secunda pars venit ad domum monachicam de Blo-  
 sineret, eo quod idem Wilhelmus habuerit ibidem



De Joanne de Brigue  
negote vni Jois de Brigue  
pimi profesti de Procu-  
ratoris hujus domus

D. Joannes de Brigue receptus fuit in domo Capelle anno 1302. habuit  
patrum in Schuch professum et Procuratorem qui erat multiscius  
corum que sunt operum a Monacho laudabiliter in cella cujus  
auxilio <sup>hic</sup> ~~hanc~~ cum adhuc puer esset uti litteris imbueretur latinis  
positus est primum in ludo Anderlakeni; ac deinde litteris operans  
dedit Lovanii in Collegio Mgri Joannis Standonici a quo venit  
ad Ordinem ad domum Capelle. Hic habuit naturaliter vocem  
granditonam et suavem. Factus itaque Sacerdos habebat exercitia  
celle multa. Libros concinne compaginabat operabatur in Cupro  
non in scite Borcularia fabricabatur et tuncemata quaedam torus  
faciebat. Patrum suum (qui non propter favoris in Ordine  
facerat indeptus) in hujusmodi exercitiis invitabatur, multosque  
assidue habebat visitantes, raro per diem solus erat in cella sua  
Ad studia litterarum non erat inclinatus; ab eis operibus divertis  
manualibus cotidie semet occupabat, laudabat exercitium ~~Manthæ~~  
ociositatem vituperabat, proponebat sibi sententiam D. Hieronymi  
dicentis: Semper aliquid boni operis facito, ut te Diabolus nunquam  
inveniat otiosum; nam multa mala docuit ociositas. Inod utique  
verum est sicut illud quod ait Publius Ovidius Naso Poeta:

Fertilis assiduo si non renovetur aratro

Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

Et iterum. Cernit ut ignarum consumant otia Corpus.

Prose faciunt igitur qui tempus omne bonis operibus impendunt;

magis ~~est~~ tamen proprie est Sacerdotis facere quod scriptum est:

Cogitatum habe in preceptis Dei, et in mandatis illius maxime  
assiduum esto quia Sacerdotis est scire legem et secundum illam

Quod est proprium Sacer-  
tis.

Ecl. 6  
 Agg. 2  
 Mal. 2.

recte vivere et alii eam annuntiare sicut scriptum est: Interroga Sacerdotes legem  
 statuta enim Sacerdotis custodiunt sciantiam et legem requirunt <sup>et</sup> ore epus quia  
 Angelus Domini exercituum est. Ecl. 6 Agg. 2 Mal. 2. Sed optima quaeque non placent  
 omnibus. Epus ore receptus fuit germanus ipsius ad Hatum Conversi apud  
 fratres Carmelitas prope Angiam quia non erat litteratus. Hic autem  
 religiosus non diu vixit in Ordine nro. Nam subinde cum molestaretur  
 aegrotationibus naturae tandem concessit. Obiit que tertio idus Septembris  
 Hoc, ni fallor, anno circa horam quintam mane, fuit que sepultus  
 ante grandium sed quibusdam praefestinata sepelitus videbatur.  
 Hoc anno mense octobri obiit Hermanus Hassel Langravius  
 Archiepiscopus Coloniensis eius tanta in pauperes benignitas <sup>fuit</sup>  
 ut nullum mendicem a se vacuum discedere poteretur. Surius.  
 Hoc anno Brabantii Hurvendum frustra obsiderunt, nam cum  
 milites quatuor istinc mensibus consumptis nullo sequente stipendio  
 re infecta abscedere coactus est.

Alexander Rex  
 Poloniae Benefactor  
 9<sup>o</sup> Lazidis Refugii

Hoc anno obiit serenissimus Princeps et S. S. Alexander Rex Poloniae  
 magnus benefactor domus Lazidis Refugii. Fratibus successit  
 Sigismundus Poloniae Rex. Uno et quadraginta annis praefuit.

Vindicta in Sacrilegus

Ineunte ANNO 1509 duo circiter equitum turmae <sup>principis</sup> Nassoni  
 Witherii Praefecti, intransita noctis silentio in celebre Cenobium Virginiam  
 de Herkenode irruperunt, convasatisque Ecclesiae ecclesiis, et quid  
 quid argenti puri crelari signati in praedam militibus dato: dum  
 ab tam parant, ecce loci Praefectus Hasseloti Commorans e fusce  
 rei per Abbatisam certior factus expedita velociter armatorum manu  
 Monasterium erigit, dabisque ad arma signis advolantibus undecunque  
 rusticis primus scalis muros <sup>conscendit</sup> ~~ascendit~~ Cuius exemplo reliqui muros

partim scandunt, partim dirunt sacrilegi armis sumptis fructus  
 de furcanti multitudine obficientes magna ex parte ceduntur vel expiuntur  
 unice rusticanis desiderato. Huius facinoris evincens Erardus  
 Epus Leodiensis apud Neattonium questus cum nihil excusare posset  
 captivos alios proscribi, alios extremo supplicio affici curavit.

Hoc anno receptus fuit in Domo Capelle ad Statum Monachi D. Nicolaus  
 Peshoult oriundus a montibus Hannonid probus juvenis, et vestitus  
 fuit in festo D. Agnetis Virginis et Martyris, et sequenti anno emisit  
 professionem in presentia D. Caroli Præsid huius <sup>Ep</sup> Nicolai. Parentes  
 ordinaverunt ut ad vitam ipsius in festo D. Agnetis Virginis et Martyris  
 ad portam monasterii tui daretur pauperibus de uno frumenti modio  
 panis et fratribus pitantia et pinta vini et spiciamentum. Et idem  
 fr Nicolaus quando primam exivit missam habuit a parentibus  
 suis ornamenta sacerdotalia valde pulchra et pretiosa que deinceps  
 habebatur pro optionis in illa Domo. Et eodem die obtulerunt  
 calicem et duas ampullas argenteas. Et idem presens epus curavit  
 montibus Hannonid de curari magnam tabulam summi albaris, quam  
 paucis annis antea fecerat fieri Brunellis D. Joannes <sup>Ep</sup> ~~Brabant~~  
 Via admodum Venerabilis Sacerdos Curatus de Bollenbecke quæ expensis  
 et valvas epus ibidem fecit defingi, qui in senectute sua fuit in  
 illa Domo prebendarius. Idem autem Parentes <sup>fr</sup> ~~fr~~ Nicolai  
 dederunt et peripatosmata de rubro serico pellucenti cum vittis  
 et fimbriis etiam sericis ad orarium summi albaris, et petierunt  
 ut in festo D. Agnetis Virg et Mart ornamenta predicta semper in usu  
 solemniter haberentur.

Item anno 1529 ordinaverunt ut una cotidie missa rotiva

pro legatione et magnifico  
 Carolum & Nicolai  
 Peshault monachi in  
 Domo Capelle

privatim in illa domo celebraretur vel a Monachis si vellent, aut si nolent  
 ab alio quovis sacerdote et pecuniam dedere sufficientem pro hujusmodi ministerio  
 gerendo. Item ordinaverunt quinquaginta florenos annuos ad vitam f<sup>r</sup> Nicolai  
 levando annue semper a ministris illius domus in qua f<sup>r</sup> <sup>Nicolaus</sup> ~~moraretur~~. Item  
 anno 1529 Joannes Dehoult pater eius obiit et pro eo religiose celebrata sunt  
 exequia a nobis et mariti filiarum eius liberaliter apud nos parentaverunt.  
 Item venerabilis vidua et religiosa femina mater f<sup>r</sup> Nicolai mansellum  
 valde pretiosum donavit ad ornatum imaginis Beate Marie, que est in  
 sacello anterioris Ecclesie. Item que alio tempore bina ornamenta <sup>sacerdotalia</sup> ~~donorece-~~  
 pimus a f<sup>r</sup> Nicolai parentibus, quorum artificium fuit hujusmodi ornamenta  
 parare et vendere et Phrygiones quoque erant et mercatores divites. Item  
 frequenter vinum profinaverunt, præcipue tamen nobis succurrerunt com-  
 modando pecunias quando nobis exactiones a donis terre fuerunt impositæ.  
 Ipse quoque d<sup>s</sup> Nicolaus cellam quam inhabitabat reparavit et pollicibilibus  
 adornavit, et ipse quidem acri ingenio præditus litteris que latinis mediciter  
 eruditus præstantissimum Ecclesie doctorem sibi volumina comparavit  
 quibus evolvendis utiliter semet occupavit et fructuose tempus deduxit

Celeberrima  
 Leodii Comitua  
 pro pace inter  
 Geldros et Brabantos

Sul initium veris habita Leodii comitia quibus Summi Pontificis Impre-  
 ratoris et Regis Gallie legati interfuere iactum de pace inter Burgundios  
 et Geldros incunda, multa ultro citroque ab his d<sup>s</sup> illis proposita responsaque:  
 Burgundis multa petentibus, Geldris nihil concedentibus nihil promotum  
 Vide historiam Leodiensem.

Optimo Patri  
 penina soboles succellit

Undecimo cal Mai vita decessit Henricus ejus nominis Septimus Anglie  
 Rex in sua Richemunda villa, ubi Franciscanorum Observantium Penitium  
 considerat. Vir Catholicæ Romanæque Ecclesie studiosissimus. Successitque  
 ei filius Henricus Octavus, quem Arthur natus major aliquot annos

ante Patrem sine liberis obiisset. Regnavit Henricus 8 aliquot  
annis regie usque moderatum decet Principem. Sed non animo  
ad intemperantiam libidinem et severitatem converso crudelissimus  
ac impiissimus et factus tyrannus.

Hoc anno XXI Abas emisit professionem in Domu nostra ten Schuch

Antonius Pleesenbecke  
profitebatur.

29. Antonius de Pleesenbecke Bruxellensis, cui Parentes atunde  
providere de necessariis, ac Pater ejus multa obsequia prestidit  
Domui, post eius mortem venerunt Domui C. L. Rhenanus  
coes semel.

Tertia Compilatio  
Statutorum publicatur

Tertiam Compilationem Statutorum noviter factam in presenti  
et duobus immediate precedentibus Capitulis per nos (Diffinitores)  
et deputatos a nobis diligenter et sufficienter examinatum  
semel et secunde approbatam et confirmatam. Item  
et tertio eorum unum et Deputatorum predictorum  
nec non et Conventus Domus Cartusie deliberatione  
consilio et consensu nemine disceptante auctoritate  
Privilegiorum nre Ordinis laudamus confirmamus et approbamus  
Illamque publica audientia nra et deinde per totum ordinem  
et singulas Domos ejusdem recipi legi et publicari et ad  
instas antiquorum et novorum Statutorum observari volumus ad  
laudem Dei et ~~hominum~~ <sup>ius</sup> nre sancte Religionis augmentum In nomine  
Patris, et filii et Spiritus S<sup>ci</sup> amen.

Obiit Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup>  
Antonius Soranius  
Patriarcha ex Ordine nro  
assumptus

Hoc anno natura evocavit Antonius Soranius ex Cartusiano Venetiarum  
Patriarcha ac Primas Dalmatid. Obiit scribitur obiisse anno 1408 octavo 23  
Sepultus ad S. Andream Cartusianorum ex quorum Ordine assumptus fuerat 1504

Joan & Joes Weitman  
scriptor

Hoc pariter anno obiit & Joannes Weitman professor Domus aulae Beatae Mariae in Prussia prope Memmingam Suenid opidum. Fuit liberalium artium Doctor atque ante Ordinis ingressum parochialis Ecclesiae alibi Pastor. Scripsit librum Meditationum Vitae et Passionis S. M. Jesu Christi.

Recepti sunt in Schuch & Augusti Firmus Cornent et 12 Novemb Phillipus Pander Meach de quibus sequenti anno agemus.

Hoc anno Joannes de Gloyere circa finem Maii fecit Donati promissionem in manu Notarii prout moris est, qui dedit aliqua bona in Laken quae postea fuerunt vendita pro Summa III florenorum.

Nicolaus Rustrius  
Ejus Atrebatensis  
moritur

Nicolaus Rustrius Ejus Atrebatensis Mechlinia moritur, atque Lovanii in B. Petri Basilica, Chori medio sepulchro traditur. Hoc epitaphio ari inciso commemoratus: Hoc saxo tegitur quiescissimus Pater Nicolaus Rustre de Luxemburgo Ejus Atrebatensis, Domus Burgundiae Consiliarius, et Servitor fidelissimus inquis hujus Ecclesiae Praepositus et Universitatis Cancellarius, Collegii Atrebatensis in hoc ~~caus~~opido fundator magnificus qui obiit Mechlinia anno dmi 1509 ~~1510~~ mensis Novembris die decima quinta. Requiescat in pace. Obiit circa

Mgr Joes Helmouth  
fundator unius  
Celle Lovanii

hunc annum Mgr Joannes Helmouth fundator unius celle in Lovanio. Sub finem hujus anni Rex Ferdinandus promittit Principi Carolo singulis annis ducenta milia Ducatonum pendere de regnis Hispaniae.

ANNO 1510 Goam Indiae orientalis Metropolim a Greceum hodie sedans ledem Lusitani occupant 16 die februarii.

Lusitani occupant  
Goam

Occidentales quoque populi per Dominicanos Hispanos convertuntur. Gerebardus.

Julius Pontifex  
post multas de  
Venetis victorias  
timet Italiam  
eis que ex utra  
foederatos se  
adjunxit

Eodem mense februario Pontifex Julius rupto Cameracensi foedere novum cum Venetis pargit, eosque jam antea Divis devotos, sacris restitulis, quibus voluit conditionibus in gratiam recipit. Interea Veritus Gallus ne Caesar vis pacificus, sedisque Apostolicae mire studiosus a foedere abduceretur, legationem in Italiam

ad eum instituit misso inter alios sibi fido Praesule Leodiensi Erardo, qui querebatur Pontificem sinistris consiliis persuasum a foedere recessisse, seque Venetis hostibus adfuisse. Quia in legatione vir prudens cum animaveretur nec Julium (qui fuerat auctor foederis) nec Gallum omni culpa vacare, sic veritatem fuit ut rem totam gravissima lentina dignam arbitrio Caeteris relinquere. Qui dum in Italia et in finibus Venetorum moraretur Ecclesiae suae Leodiensis memor, unius aliasque generis pretiosas gemmas emit quibus <sup>vi</sup> martiris Lamberti thecam et alias sacras vestes exornaret.

Ambrosius Calepinus (est autem Calepinum oppidum in lapide a Bergamo) Eremita Augustinianus Bergomi in Italia moritur.

Etiam usque in hac nostra tempora extendunt se mirabilia S. Patriarchae nri Brunonis, praecipue tamen in eos quos sibi novit esse devotos. Fuit Valentinus in regno Astagonis non procul a domo nra Porta Coeli Notarius publicus vir honestus nomine Joannes Ludovicus Bertrandus, qui multis annis Procurator et benefactor extitit Conventus nri Supradicti. Hic cum esset addictus cultui S. Brunonis etiam ante ipsius canonisationem multa in se beneficia expertus est (erat enim ipsi placida animatus et singularis obnoxii animi affectus) nec obfuit illi quod alligatus esset vesori, sub cuius cura contigit eum infirmari graviter in tantum ut etiam ad extrema perductus circa feriam quartam Sabbatada Sancta huius anni 1510. Conclamatus fuerit et desertus a medicis: cui cum de more preparata fuisset sonda, ut in ea reperiretur subito oculos aperire et intuentes se virtutes petere

Miraculum  
de S<sup>to</sup> Patre nostro  
Brunone

suas sibi dari vestes quibus indueretur. Qui stabant dicebant eum de potestate  
 mentis exisse, nec scire quid diceret, quibus ille respondit se satis sibi  
 presentem esse in cuius evidentiam et fidem rei maiorem addidit  
 S. Vincentium et S. Brunonem pariter ingressos cubiculum significasse  
 sibi nequaquam ex hac infirmitate se de vita decessurum, sed quarta  
 feria proxima liberum evoluturum ad Ecclesiam in qua divinum  
 audires officium. Sequuta sanitas ostendit verum fuisse quod viderat,  
 niquidem a duobus illis medicis divinis curatus sospitatem recuperavit  
 pristinam, proximaque feria quarta ad Ecclesiam gratias acturus  
 Deo honorum omnium fonti qui dulces gratiarum et curacionum  
 aquas per sanctos suos derivat velut per aureos canales in eos qui  
 convertuntur ad eum ad consolationem mortalium. Hujus autem  
 miraculi causa tantique beneficii divinitus accepti confitebatur  
 postea se duobus illis collegis sanctis debitorem esse, sequi in eorum  
 potestate futurum quoad ipse viveret, precipue tamen tenacius visus  
 est affectum ad S. Brunonem retinere, quem et tantopere confirmavit  
 consolidavitque ut eum quadriennio post Papa Leo X. Celebrationem  
 fieri per totum Ordinem concessisset, solitus fuerit quobannis ad nos  
 venire celebraturus identidem nobiscum diem solemnissime a vespere  
 usque in vesperam, nec solum intra septa chori, sed etiam hora refectorii  
 velut unus ex nostris aderat vescabaturque cum eis in commune  
 communia comedens contentus quadrat<sup>a</sup> sua nec alia portione  
 quam conventiculari. Servavit autem annuam hanc consuetudinem  
 per annos triginta duos, nec illam difficultas aut casus aliquis sed  
 sola mors intervertit. Quanto vero gaudis exultavit ubi primum  
 nuntiatus ad eum allatus est de Canonizatione S. Patris in dicio  
 esse potest quod Valentie publice premia constituerit eis qui versus



elegantiores frangerent in honorem S<sup>ti</sup> Brunonis.  
 Aliquanto post viduatus est conjugare sua. Videns autem se ab  
 hoc vinculo conjugali liberum, sibi que jam integrum esse de  
 suis rebus disponere prout animus et affectus (quem maximum  
 habebat ad Ordinem suum) suggereret sine procrastinatione  
 vel ulla mora venit ad nos, ut re ipsa ostenderet quantum  
 amaret, quantumque ad habitum S<sup>ti</sup> Brunonis Hospitatoris sui  
 aspiraret. Cum igitur vel se deditisset, et iter suum prosequeretur  
 (quod est quatuor leucarum ab urbe ad Conventum usque) in itinere  
 ei jam Secundo S<sup>ti</sup> Vincentii et S<sup>ti</sup> Brunonis apparuerunt, qui  
 et dixerunt sicut <sup>ab incepto</sup> dicebant non esse eam voluntatem Nummis  
 ut nomen daret Ordini, sed in vocatione qua primum vocatus  
 esset remaneret. Hoc monitum Divinis retractus a proposito relegit  
 iter suum ad Valentiam regressus accepit in uxorem Secundam  
 Joannam Angelam <sup>Exarcham</sup> Joannam Christianissimam et religiosam.  
 Verum nullus miratur hoc Deus Magni Consilii Angelos tale  
 dedisse viro consilium, ne videlicet habitus fratrum acciperet  
 Deus enim, cuius ipsi vice denuntiaverunt ne faceret, providit  
 ad majorem sui nominis gloriam et Ecclesie sue utilitatem  
 cessurum si secundas nuptias celebraret, si procreatione fidelium  
 vacaret et propagatione generis Sancti, quod utique succellit  
 nam proles generat non mediocri Sanctitatis quas inter  
 singulariter existit ille qui natus est ei anno 1526. Vocatusque  
 est Ludovicus Bertrandus ipsi Patri cognominis, fuitque  
 Speculum Sanctitatis et exemplar omni virtutis in diebus nostris.  
 Qui ab infantia cum maxima cura in omni recollectione

et Vita puritate educatus fuit. Cumque annum aetatis octavum decimum attigisset  
 suscepit habitum sancti Dominici in religiosissimo Conventu Palentino. Mox  
 novitatum auspiciis auspiciis feliciter in eo se habuit<sup>†</sup>, quo factum est  
 ut gratia accepta cooperaretur strenue. Causa vero precipua, quae eum jam  
 senem movit ut peteret ingressum in Ordinem nostrum, desiderium ardens fuit  
 instaurandi rursus novitatus. Hecit multos sui Ordinis conventus. Multa  
 in vita sua edidit miracula. Obiit 10 oct. Anno ~~1581~~ 1581

Statuta et privilegia  
 Ordinis nri impressa  
 hoc anno Basileae  
 arte et industria  
 Jo. Amorbachii  
 prodicti Ordinis  
 devotissimi et  
 impressor<sup>is</sup>  
 Montis s. Jo. Baptistae  
 proff<sup>is</sup>  
 Friburgum.

Privilegia cum omnibus Ordinis nri statutis assignata et commissa fuere  
 V. G. Gregorio Reischio Priori d<sup>e</sup> Montis s. Joannis Bapt. prope Friburgum.  
 Et opera et industria solertissimi diligentissimi que Chalcographi Mgr Joannis  
 Amorbachii ac collegarum suorum multiplicata et impressa ita prodierunt  
 in publicum, ut alienos omnino latere, et omnibus totius Ordinis nri  
 personis innotescerent, unde dicit in insigni prefatione ad R<sup>em</sup> P. Franciscum  
 de Tubo: Vere plurimum gratitudinis debent Reverenda Gubernatio tua  
 omnes cum protertia compilatione Statutorum: tum pro eorum demum et  
 aliorum maxime privilegiorum editione, et tam liberali, tam munda et polita  
 communicatione. Honore praeterea et singulari beneficio Ordinis prosequendus  
 est dictus Mgr Joannes Amorbachius Chalcographus, qui nulla cupiditate,  
 nulla spe lucri, sed amore tantum et favore Ordinis <sup>tantum</sup> ad calcem libri Jauspice  
 et Architecto prefato Priore Gregorio Reisch et expensis domus suae. Unde  
 sequitur ordinatio: Cum nuper privilegia Ordinis una cum Statutis  
 antiquis et novis impressa fuerint, sintque plures domus in Ordine  
 habentes singularia et utilia privilegia nondum impressa, et quia  
 ex indulto Apostolico privilegia singularia domorum se extendunt  
 ad totum Ordinem, propterea hortamur et monemus omnes et singulos  
 Priores, Rectores et Monialium Vicarios nri Ordinis inter impressa

† divinusque praesidis per omne tempus tyrocinii et valedictio et adiutus fuit,

‡ tamque diligentem subiecit laborem, ductorem (ut ipse Chalcographus fatetur

mundum inserta illa seu illorum saltem copiam portent aut mittent  
 in sequenti Capitulo, ut ceteris Domibus possint communicari  
 et de novo imprimi quod factum nunquam factum fuisse quoad  
 impressionem. Ad calendas enim februarias huius anni  
 dicitur liber absolutus est imprimi. Sequitur alia ordinatio.  
 Inhibemus ne ab inde aliquos de Ordine Celestinienses recipientes  
 in Ordine nostro sine licentia ipsorum Celestiniensium.

Circa hunc annum  
 domus Majoris Cartusie  
 fortuito incendio magna  
 ex parte consumpta

Cum graviter incumberet officio suo 12<sup>us</sup> Pater Generalis  
 tribulationem passus est et ruinam domus suae per fortuitum  
 incendium et forte invidia diaboli inimici omnis justitiae,  
 non sine tamen permissione Dei qui nos ad veritatem presentis  
 vite erudire satagit, et ex malis bona elicere solet.

Domus enim illa praedicta melius quam antea fuerat industria  
 12<sup>us</sup> Patris ac impensis instaurata est credoque usque in haec  
 usque diem muros permanere quamvis enim postea bis aut  
 ter <sup>domus</sup> combusta fuerit, non nisi tamen terta restaurata fuerant.  
 Audiamus ordinationem.

Pro restauratione domus Cartusie majoris vestrae quae et singulis  
 personis  
 Ordinis vestri et Domibus communis est cuius ruina casali  
 incendio talis est et tanta quod de propria sua substantia sine  
 Ordinis auxilio commode reparari non possit. Hoclamur omnes  
 et singulos totius Ordinis vestri Priores, Rectores et Vicarios Monia-  
 lium in Charitate Christi cuius opus agitur quatenus de suarum  
 domorum proventibus et facultatibus moderatam aliquam et gratulam  
 subventionem pro reparatione dictae domus praestare et adpugnare  
 manus tam pio et necessario operi quilibet pro viribus porrigere

dignetur. Et nihilominus erga Praelatos, Principes, Dominos Ecclesiasticos et temporales et alios Ordini nro Devotos procurant ad dictum opus suas elemosinas Et quid quid exinde exegerint aut ipsi erogare voluerint fideliter mittant seu portent in sequenti Capitulo generali. Ut tandem jam cepta reparatio continuari possit et brevi manu, ut opus est perfici ad laudem Dei et Ordinis Stabilimentum

19. S. Helinudus  
Jamfredi fundator  
S. Hieronymi  
prope Ruthenam

ab aliquam consolationem potuit attulisse Patribus Ordinis R. D. Helinudus Jamfredi legum Doctor Propositus Albiensis Cantor et Canonius Ecclesie Cathedralis Ruthenensis qui fundavit domum de Hieronymi prope prefatam civitatem Ruthensem, atque ex hoc anno usque ad annum 1520 quo obiit, habuit semper missam vel de Spiritu S<sup>to</sup> vel de B<sup>na</sup>. Vere cum Beato Job dicere poterant: Justus es Domine et omnia judicia tua vera sunt, et omnes vires tue misericordia et veritas et iudicium.

S. Firminus Corment  
proficetur et Parentes  
ipsius liberalitas

Jam domum revestimus in qua S. Augusti emisit professionem S. Firminus Corment Mechliniensis, cujus parentes dederunt Fratri domus ducentos et quinquaginta Rhenenses ex quibus L alii adhuc superaddictis fieri curarunt Mechlinie pulcherrimum aeneum ad legendum lectiones, atque ordinaverunt ut post obitum eorum medietas bonorum ipsorum veniret ad istam domum tam reddituum quam mobilium si superstes viveret filius. Et quoties officiales aut fratres Mechliniam dicerentur fuerunt ab ipsis optime et charitative hospitio excepti.

Item S. Philippus  
Vander Hook et  
obitus Parentum

Hoc pariter anno professionem fecit S. Philippus Vander Hook 12 Nov. Cujus mater Comicella Angela Vanden Heyden obiit hoc anno in Maio Pater eius vero <sup>(ab ipso presenti)</sup> sequenti 13 Novembris Brigis decessit virita magnus amicus et factor Ordinis quem pro ceteris habuit alongo tempore in magna recommendatione consilio et auxilio. Quare elegit sepulturam in domo Carthusiensi et ea de causa fuit huc cretus de

Bona relicta vel habita  
ex parte de Philippisii  
Vander Noot

opido Brugensi et sepultus ante summum altare hujus  
domus apud uxorem, ordinaverat que ut domus in qua  
<sup>sepebatur</sup>  
~~sepebatur~~ haberet XL Rhenenses et ceteras domus Provincie  
duos in calendaris scribitur dedisse tempore vite sue  
centum Philippicos et pitantias. Post cujus decessum  
Magr Adolphus Vander Noot Consiliaris Ducis Brabantie  
cum Friore nro ac Procuratore presentibus Magro Anthonia  
Henkenshook Magro Francoue Vander Huld Consiliaris  
Ducis Brabantie nec non Carolo Henkenshook et Jacobo  
Vander Heyden avunculo ejus tanquam tutoribus  
Bni Petri Vander Noot conveniunt Bruxelle in nro  
hospitio ut fr<sup>r</sup> Philippus haberet annue XX Rhenenses  
et unum pratum situm te Weepste qui videlicet  
annue VIII Rhen hereditarii centus. Insuper haberet  
ipse fr<sup>r</sup> Philippus annue ad vitam X Rhenen supra  
opidum Antuerpiense.

ANNO 1511 fuerunt redempti a Magro Judoco de Keyser  
medico X Rhenenses quot legaverat ac domus Dederah d.  
Cyidius Vilain Praepositus domus ter Cameren extra  
Bruxellas quod haberet hic duos fratres Simonem et  
Philippum de Vilain. Insuper reliquit domum annue  
recipiendos certos capones circiter XII et quatuor sextaria  
Teliginis apud Steetbelle

de Petrus Wyters  
profitebatur

<sup>16</sup>  
de Junci fecit professionem D. Petrus Wyters Mostensis  
qui sonans et tubalem vocem habuit. Parentes ejus promiserunt  
dare semel centum Rhenenses Coles

Obitus 19<sup>to</sup> g.  
Antonii de Sarno  
quondam Generalis  
Ordinis

Hoc anno tertio Martii obiit R<sup>mus</sup> Antonius de Sarno (aliqui legunt Carno)  
Prior domus Apponiaci qui alias fuit Prior C<sup>o</sup> et generalis longo  
tempore id est 13 annis. Absolutus videtur circa annum 1494.

Beatrix de Luna  
fundatrix S<sup>o</sup> B.  
Marie de Fontibus

In Hispanis 8 Aprilis obiit D<sup>na</sup> Beatrix de Luna  
Uxor illustris D<sup>ni</sup> Blasii de Aleyar<sup>o</sup> qui fuerunt fundatores  
domus S<sup>o</sup> Marie de Fontibus in Diocesi Ascensi.

Jacobus Crojus  
filius Dux Cameracensis  
de qui liberalitas erga  
Cartusianos

Jacobus Crojus Cameracensis Episcopus et Cameracensis  
Comes ab Maximiliano Cesare obtinuit ut Cameracum Ducatus  
titulo honoraretur. Hinc novis insignibus assumptis primum  
omnium Episcoporum Dux Cameracensis atque Cameracii Salutatus  
magna pompa Cameracum februarii decima vicequentis anni invehitur.  
Nec tunc temporis pietatis immemor fuit illustris et magnificus  
D<sup>nus</sup>, primo studens tantum honorem apud <sup>Deum</sup> ~~Comitum~~ bonis operibus promovere  
siquidem hoc eodem anno 1511 venit ad monasterium nostrum in Schueten  
ordinavit fieri unam cellam et dotare eam, pro qua dotatione dedit diversis vicibus  
mille Rhenos. Insuper quando impetravimus a Caplo Generali pro eodem  
Domino monachatum dedit centum aureos valentes centum et quinquaginta  
centum Rhenos <sup>communes</sup>. Frequenter & Prior et Procurator eum visitaverunt quibus  
semper exhibuit hilarem vultum et semper recepti ad mensam suam  
multis presentibus magnatis et circa epus latius sederunt.

Conciliabulum  
Pisanum

Conciliabulum Pisanum a Bernardino Hispano Cardinali S<sup>o</sup> Crucis  
et aliquot Cardinalibus contra Julium secundum indicitur quod quidem  
anno sequenti mediolanum primo post Lugdunum in Gallia extra-  
latum Rege Gallorum illis favente quippe qui Pontificem alieno esse animo  
quod recessisset a federe contra Venetos. Nec aberat ab hac factione

Maximilianus Caesar Sed vir gravis et prudens admonitus a bonis viris sese collegit et celeriter ab hac temeritate discessit. Nihil tamen effectum est interveniente Julii morte qui paulo ante contra Concilium Pisenum illegitimum scilicet Lateranense communicum indixerat quod justitiam anno 1517 a Leone 10 Aprilis 17 absolutum fuit.

Carolus Egmondus magna belli mole pressum in Italia ac foro Julii Casarem videns rupta iterum pace Abrahamus Juras depopulabatur.

Hi jussu Margaritae Austriacae contra se armantur acceptisque ab Angliis Hege mille quingentis peditibus Venlonium frustra obsident.

Gelser duo virorum millia in unum coacta Amsterdamum mittit qui ~~sub~~ <sup>suburbiorum</sup> partem, ac viginti duas naves in Portu reperbat excurrunt, abactaque diviti praeda in Geldriam sine detrimento redeunt, ex itinere Bodegraniam spoliantes ac excurrentes. Id exerrime ferit

Wassenarii Regulus inter Hollandiae Proceres facile primus vir bellicosus. Ceteri igitur factus partem Geldrorum qui Amsterdamum fuerant apud Carthusianos Ultrajectinos consedit cum cuiusvis est Copsit invadit majoremque partem interficit. Geldri qui a Clade Carthusiana effugerunt deinde praecitatem Wessenariorum exponentes Carthusiam simul revertuntur, inde ad nobilium Virgineum Abbatiam Dalam dictam, quo Wassenarius concesserat, pervolant, eumque sine custodia custodia agentem ac nihilominus quam Geldros expectantem opprimunt, cumque multis aliis omnique praeda Arnhemum captivum abducunt, Sed mox factis induciis omnes captivi gratis liberantur.

In hac Carthusia Ultrajectina hoc anno undecima die Septembris D. Henricus de Bolzerardia obiit subitanea morte sub fraudis

Inventus namque fuit mortuus ad mentam sedens ac si dormisset.  
Fuit compactor librorum, et non solum in hoc officio sed in omnibus necessitatibus  
fratrum tam Monachorum quam laicorum obsequiosissimus fuit.

Item V. G. & Nicolaus Joannes de Amsterdam dicitur de Campis Prior ejusdem  
domus qui fuerat <sup>antea</sup> ~~interior~~ Vicarius et Prior. Domus Hollandia. Hic quoque  
satis inopinate et subito infirmatus est in Die Nativitatis Dni post Completorium  
et obiit in festo S. Joannis Evangeliste. Itaque vigilate quia nescitis qua hora aut  
Die Dominus vester venturus est.

Succedit in Prioratum S. Theodericus Coeys Amsterdamentis quondam miles Hærodo-  
lymitanus. Invidiam sapientibus et insipientibus debitor factus sum, referam quod  
Chronicon S. Capelle nobis suppetit hoc anno. In eadem domo Anno Dni 1474  
receptus fuit ab Arnaldo Priore Joannes Dors Brucellensis juvenis probæ indolis, litteris  
Latinis mediciter imbutus prout erant illa tempora. In postquam professionem  
in Ordine fecerat ad sacros etiam ordines recipiendos missus sacris initiatus est Hypo-  
diaconus primum factus ac deinde alio tempore Diaconus, nec ultra processit, quia  
tentationibus necis quibusdam coepit affici. Et Prior hujus domus (sic ut audivi)  
durus et asper illi fuit, cujus assiduis increpationibus et afflictionibus sic erat oppressus  
ut sensum perdidit suum. Bonæ quidem memoria tenaxque remansit ei.

Sed intellectus et rationis organa fuerunt in eo violata, neque vires animæ suæ  
recuperavit unquam in vita sua super terram. Non defuerunt qui tempestive  
pro fratre loquerentur et de Priori dicerent etiam modeste et cum reverentia quod  
ipse in quibusdam nimis severiter agere videretur cum juniori fratre. At ille  
fratribus benevole monentibus non obtemperavit, non acquiescit. Respondit

Prov. 27. meliora sunt vulnera diligentiis quam fraudulentæ oscula dicentis, se porro non  
ignoscere quid ageret aut quid agendum esset. Inamquam autem S. Prior ita  
1 Cor. 6. loquebatur, scimus tamen scriptum esse: Si quis <sup>est</sup> existimat scire aliquid nondum





Cognovit quemadmodum oporteat eum scire. Et iterum Paulus  
 Rom. 12 ait: Dico per gratiam que data est mihi cui libet versanti inter  
 vos ne quis arroganter de se sentiat supra quem oporteat de se  
 sentire, sed ita sentiat ut modestus sibi se solviat. Prior iste fortitan  
 non bene fuit memor Apostoli dicentis: Et vos Patres nolite  
 Eph. 6 ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate eos in disciplina  
 Luc. 9 et correptione Domini, filios enim hominum sicut ipse ait  
 non venit ad perdendas animas hominum sed ad servandas  
 Iterumque Apostolus ait: Patres, nolite ad indignationem  
 Coloss 3 provocare filios vestros ne frustillo animo fiant, hoc est  
 me despondentis animum. Illud autem quod Apostolus docet  
 1 Timoth 3 Episcopum non debere percussorem esse non pertinet ad  
 violentiam manuum tantum, sed ad lingue acerbiteriam  
 ne saevus et improbus sit obfurgator, id enim Dominus  
 annotavit Hieronymus quod fortasse nescivit Prior ille.  
 Utcumque res habet erat tam <sup>em</sup> miserandum nam frater  
 inutilis semper fuit, dedit onerosus. Cuius dubitabat  
 hebdomarius <sup>da</sup> erat quando sive fuit venerat. In observationibus  
 Ordinis pulchre fuit institutus, quas etiam probe semper  
 servavit neque dimisit, neque fecit cuiquam tempore quo mori  
 cum quod obfurgatione dignum esset. Sequabatur Convivium  
 die ac nocte atque hebdomatim unus cum eo <sup>monachis</sup> privatim <sup>tegebat</sup>  
 horas. Versabaturque nobiscum sicut innocens ovicula. Postquam  
 sensus defecerat scripsit librum cui titulus est: Obiter de  
 Hieronymi et Missale, incepit quod Arnoldus Baellicus perfecit.  
 Habebat autem frater Joannes longo tempore in cella cui titulus est R.

que anno 1502 fulmine tacta fuit tempore Vesperarum. Vidimusque inibi  
 signa quaedam maligni spiritus in pariete velut indicia unguularum, et ubi  
 solent Joannes scribere dilaceratum diruptum et dissectum sedile cum  
 cum plures fuit. At vero in parte superiori domus quaedam pars tigni fuit  
 detracta, et quod detractum erat factum ibi in cumulo minutim ac si  
 fuisset commoliturum. Atque post dies paucos syderatus sive paralyti per-  
 culsus fuit idem frater ita quod dextrum latus ejus esset invalidum  
 claudicabat dextro pede, dextraque manu parum se juvare poterat. Ac  
 danteeps non veniebat ad chorum nec ad cenaculum nec ad Capitulum  
 sed privatim legebatur ad commodum suum quod potuit solus. Laici minis-  
 trabant ei. At tandem senex obiit 19 Cal. Jan. anno 1511. Hoc scripta  
 sunt ut proberi cautius agant cum fratribus suis et meminerint eos  
 esse membra Christi et sanguine ejus redemptos.

Fratres mihi in domo Lovaniensi prima die hujus anni 1511

<sup>donati</sup>  
 fuisse eximio aenio lampade videlicet argentea a <sup>Vlti</sup> Dno Mgro Leonardo  
 a Riezica Canonico ibidem et Proposito Mannu ecclesi que pendere debebat  
 ante <sup>Vlti</sup> Sacramentum cujus pondus fuit 14 unciarum et 2 sterlingarum.  
 Circa principium ejusdem Januarii obiit Lovanii Mg<sup>r</sup> Henricus Houwerle  
 de Burchoude sacerdos ac miles Hierosolymitanus atque Scholasticus Ecclesie  
 Collegiatae S<sup>ti</sup> Petri Lovaniensis. Bonus amicus Cartusianorum sepultus  
 in dicta ecclesia ante altare S<sup>mi</sup> nominis Jesu. Ex legato ejusdem  
 receperunt nri Patres Lovanienses diversis temporibus 386 Rhemense  
 seniel et 8 Hufros, idque propter duos Petros pro pitantia <sup>Religiosorum</sup> Religiosorum  
 in die sepulture sue, et propter quaedam utensilia domus  
 sue nobis relicta, ex is pecuniis constructa est Domuncula

Diem suum obiit  
 Henricus Houwerle  
 Scholasticus Lovaniensis  
 benefactor de Universi-  
 tate a Cartusiana  
 domo.



in cenarium ante culinam. Fundavit etiam quatuor  
bursas pro totidem magistris S. Th. studentibus in  
suis Collegiis. Commissariis ordinavit Decanum, Pastorem  
et Scholasticum Ecclesie S. Petri Lovaniensis cum Priore  
Cartusie dicti oppidi pro tempore existente qui singulis  
annis debent semel interire Computibus Collegii pro quo  
onere cuilibet legavit 10 stuferos. Insuper ante mortem  
suam instituit 7 pueros pauperes mendicantes vulgo  
pauperes S. Petri nuncupatos. Requiescat in pace.

Receptus ibidem Lovanii apud nos 10 februarii  
Magr Joannes de Rhyno filius probi viri Gerardi de  
Rhyno. Secretarii dicti oppidi qui anno 1515 assignavit  
filio suo Jo Rheuenses vitales pensionis cum quatuor  
aliis annualibus et parva vineola. Dicitur D. Joannes  
obit Procurator, frugalis et laboriosus.  
29 Decembris obiit quidam Magr Theodoricus Theodoricus  
Fyck Rotterdamentis sepultus in Ecclesia apud Cartusianos  
Circa Pascha obiit D. Gerardus Apud Apud Prior  
Domus Delyphensis, Curvitalor Provincie, successit  
in officium Curvitaloris D. Gulielmus Tribanhus  
Prior Domus Hollandie.

pages de notre copie  
 ← non Su MS de Bruxelles.

- D. Theodoricus <sup>Hoyer</sup> primus professor =  
 Amsterdamsis. A. 1404. p. 71.
- Ultrajectensis scultetus factus humilis Dona-  
 tus. A. 1404. p. 71.
- Nova Cartusia in Alemania inferiori  
 A. 1404. p. 71.
- D. Guillelmus de Mandenoy prior D.  
 Antverpiae et Visitator Picardiae moritur  
 A. 1408. p. 71.
- Albertus Cornus Hollandiae et fundator  
 C<sup>ae</sup> Amsterdamsis moritur A. 1408. p. 72.
- Joannes Intrepidus Confirmat privilegia  
 Cartusiae Sylva S<sup>ti</sup> Martini et laudatur.  
 A. 1408. p. 72.
- Cartusia Basileensis fundatura pie-  
 tissimo viro Jacobo Gyebel. A. 1406. p. 73.
- Franciscus Aranda Cartusianus hoc  
 seculo. celebris. A. 1406. p. 73.
- Consecratio ecclesiae D<sup>i</sup> Ultrajectinae et  
 gloriosa sepultura fundatoris. A. 1407. p. 73.
- Nicolaus Alberghatus Prior Cartusiae  
 Romanae. A. 1407. p. 80.
- Obitus quorundam magis celeberrimorum  
 in Ordine. A. 1408. p. 80.
- Nobilis eques, f<sup>o</sup> Raso de Floerbeke  
 A. 1408. p. 81.
- Nova Cartusia Martiana. A. 1409.  
 p. 81.
- D. Henricus Nulken Prior D<sup>i</sup> Capellae  
 et Visitator. A. 1409. p. 81.
- Unio Ordinis. A. 1409. p. 82.
- D. Stephanus de Servis primo institutus  
 ut Prior D<sup>i</sup> Portuanae sive professionis et  
 sequenti anno Papae. A. 1409. p. 82.
- Obitus D. Henrici Coesfeldi Visita-  
 toris. A. 1409. p. 82.
- Obitus D. Hermann Prioris Bru-  
 gonsis. A. 1410. p. 83.
- Abbas Munsteriensis sepelitur in Cartu-  
 sia Euxeris. A. 1410. p. 83.
- Martinus Aragoniae Rex duas Cartusias  
 fundavit. A. 1410. p. 83.
- Divisio Provinciae Picardiae. A. 1411. p. 84.
- D. Joannes de Attribato ex Aquitania  
 missus per Capitulum Prior D<sup>i</sup> Capellae et  
 eundem instaurator futurus. A. 1411. p. 84.
- Solemnis electio Regis Aragoniae Cui inter-  
 fuerunt duo Cartusiani. A. 1412. p. 88.
- D. Bonifacius Ferrerius, <sup>prius Prior Portae Coeli</sup> A. 1412. p. 88.
- Franciscus de Aranda fuit ex de principibus  
 fundatoribus D<sup>i</sup> Portae Coeli. A. 1412. p. 88.
- D. Franciscus de Aranda restaurator C<sup>ae</sup>  
 Portae Coeli. A. 1412. p. 87.
- Domus Jesu de Bethleem juxta Schene  
 edificatur. A. 1413. p. 87.
- Monumenta Ordinis conscribendi  
 necessitas. A. 1414. p. 89.
- Praescribitur quomodo se ponendum sit

in schismate A. 1418. p. 89.

— Adolphus Clivensis comes fundator  
Co. Vesaliensis. A. 1418. p. 91.

— Incorporatio Co. Mantuanae. A. 1416. p. 92

— Statutum in divisione factum tanquam  
bonum et utile confirmatur. A. 1417. p. 94.

— Goswinus de Betsa ante ingressum Ordinis  
Canonicus fuit. A. 1417. p. 95.

— D. Joannes de Attrebatu, Prior Capelle novam  
Ecclesiam cum novo ambitu aliisque officinijs  
aedificari curat. A. 1418. p. 96.

— Obitus duorum Ferrerionum S. Vincentii  
et D. Bonifacii. D. Bonifacius obiit in domo  
Vallis Ch. <sup>ti</sup>, 27 apr. an. 1417.

— Catharina de Flermalia ex fundatoribus  
Co. Leodicensis totam Continentiam emisit in  
eadem domo. A. 1419. p. 101.

— Joannes Ferrerasmundanus fuit professor  
D. Capelle et plura habebat in Chron. dicta  
domus. A. 1420. p. 103.

— D. Theodoricus de Dasse fundator secundar  
ius Claustr. B. Marice. A. 1420. p. 104.

— Bona Capituli Generalis impensa. A. 1421. p. 104.

— Captivi quidam ex Ordine recommen  
dantur. A. 1421. p. 104.

— Martyres in Bohemia. A. 1421. p. 105

— Domo Venetiarum fundatur. A. 1422. p. 108.

— A Republica Antwerpensi immunitas datur Car  
tionianis emendi Cervisiam absque vertigali. A. 1422.  
p. 108.

— D. Mathias de Heberstein fundator secundarius  
D. Erfordiensis. A. 1423. p. 109.

— Goswinus episcopus redit ad Ordinem. A. 1423.  
p. 110.

— Obiit D. Albertus de Rodenborch. 1424. p. 110

— Obiit Dominus Petrus de Charinera fundator

Cartus. de Coris. An. 1426. p. 112

— Quando recipientur ad Ordinem Episcopales  
Abbat. A. 1426. p. 113.

— Privilegia impetrata, durante schismate,  
Confirmantur a Martino V. et alia plurima  
de novo concessa. A. 1426. p. 113

— Nicolaus Albergatus creatus S. R. E.  
Cardinali. A. 1426. p. 114

— Guido de Pisis scriptor Italus. A. 1427. p. 115

— D. Hermanus de Petra (alias Studorpens)  
vir in divinis scripturis versatus. 1428. p. 115

— D. Henricus de Hassia, in divinis Scrip  
turis interpretandis eruditus. A. 1428. p. 115

— B. D. Magister Gerson istius Ordinis  
monachus Lugduni. A. 1429. p. 117

— Domo Vallis Virtutis in Scotia Ordini  
nostro incorporatur. 1429. p. 118

— Domati gaudent Beneficio Brevis, sicut  
Conversi. A. 1429. p. 118

— Oratio Adesto pro prioribus ad  
Capitulum papalicis. A. 1429. p. 119

— Pro Priore Antwerpiae tota Provincia  
Contribuat. A. 1430. p. 119

— Litterae Confirmationis de Joanne de  
Marsegnis in Priorem Capelle electo  
An. 1430. p. 121

— Quantum hoc tempore floureret Cartu  
sia Breverensis. A. 1430. p. 122

- Cartusia Passionis Christi prope  
Legniz extructur. A. 1430 - p. 122
- Prior Romæ est Procurator <sup>p. 123</sup> ~~p. 123~~ A. 1431 -
- Domus Prutilla accedit Ordini nostro  
A. 1431 p. 124
- Orationes injunctæ pro directione Con-  
cilii Basiliensis. A. 1432 - 126
- Contributio pro prioribus existentibus in  
Concilio Basiliensi. A. 1432 - p. 126
- In provinciis Gothonia et Alemanica  
nulla domus habet duos Procuratores.  
A. 1432 p. 126 et 127.
- D. Otto Arnæli nuper absolutus a  
Prioratu d. Ultrajectensi eligitur Prior  
Brugis. A. 1432 - p. 128.
- Pax Ecclesie Ultrajectensis. A. 1432 - p. 128.
- Visitatoris primo electi ad absolvendum  
a casibus reservatis Sedi Apostolicæ. A. 1433 - p. 129
- Status d. Brugensis. A. 1433 - p. 130
- D. Osvaldus de Corda moritur. A. 1434 - p. 132
- Domus Zirizæ incorporatur Ordini. A. 1436 - p. 135
- D. Jacobus Crom, diaconus d. Ultrajectensis pie  
moritur. A. 1436 - p. 135.
- Obitus fundatoris d. in Pletrisch et d.  
Astheim. A. 1436 - p. 135.
- D. Laurentius de Mueschet, Prior Capelle  
et eius liberalitas in pauperes. A. 1437 - p. 137.
- Zelus Ordinis contra fugitivos. 1439 - p. 139
- Tempore belli Conventus ad tutiora loca se  
recipere possunt. 1439 - p. 139.
- Domus B. Mariæ boni lapidis prope Vrach  
Ordini nostro attribuitur. A. 1439 - p. 140
- Domus monachorum subicitur Provincie  
Rheni. A. 1440 - p. 142.
- Cartusiani Antuerpsenses vendunt domi-  
nium Kiliamum Reipublice Antuerpsiana  
Anno 1440 - p. 142.
- Isabella Princeps nostra domui Antuer-  
pide multa beneficia contulit sicut et  
aliis domibus Ordinis. A. 1441 - p. 143
- Domus Vallis virtutum in Scotia sub spe-  
ciali cura R. Patris constituitur. A. 1442 - p. 146.
- Comitissa Kantica fundatrix domus Antuer-  
pionis B. Mariæ in Monte gratie.  
Anno 1443 - p. 149.
- D. Henricus de Pyro absoluitur a Prioratu  
domus Diestensis. A. 1443 - p. 149.
- Litteræ confirmationis ad successorem.  
A. 1443 - p. 150.
- Domus inferior Cartusie combusta.  
A. 1444 - p. 153.
- Initium Capelle et monasterii ter  
Scheut. A. 1445 - p. 154.
- Subsidiurn petitur pro restauratione  
Cartusie. A. 1446 - p. 156.
- Domus Montis J. Joannis Baptistæ  
in Hassia Ordini accedit. A. 1446 - p. 158.
- Domuncula constituitur supra imagi-  
nem B. Virginis in Scheut. A. 1447 - p. 160
- Subsidiurn continuum pro restauratione Cart.  
non tam imperio quam prece petitur. A. 1449 - p. 167.

- Consilium Arnani et Senatus Bruxellen. de capella construenda in Schuet. A. 1450. p. 170.
- Cardus filius Philippi Ducis Brabantie primarium lapidem Capelle nostre Domine de Gratia posuit. A. 1450. p. 171.
- Joannes archiep. Remensis visitat Dominam nostram de Gratia et largas largitur indulgentias. A. 1450. p. 171.
- Domus S. Bogatiani et Donatiani apud Nanetes in Britannia Ordini nostro incorporatur. A. 1450. p. 178.
- Domus Paduana Ordini nostro incorporatur. A. 1452. p. 179.
- Inchoatio Cartusie Ferrarise. A. 1454. p. 190.
- Quo tempore inceptum est monasterium edificari in Schuet. A. 1455. p. 191.
Cui totum negotium a Capite generali fuerat commissum ad illud examinandum  
tractandum atque terminandum quod non minus fideliter, quam diligenter  
executus fuit adjuvantibus cum Vno et Mg<sup>ro</sup> Hieronymo Vander Noock  
Cancellario Brabantiae Consiliario et Mg<sup>ro</sup> Francisco Vander Hulst Cancellario  
Brabantiae Consiliario qui revisendo processum tam fere neglectum non exiguum

R<sup>do</sup> G. Gulielmi  
Brabantii industria  
et sedulitas pro negotiis  
Provinciae

Concordia P. Lovanien<sup>sis</sup> subierunt laborem. Summa vero concordiae seu Contractus inter dictum V.  
Cum Comite Nassovio Comitem et nos fuit ut ipse sibi dictas terras resineret, et nobis daret pro  
qui et Refectorium ipsius Curia oneribus ac debitis (quibus conventus eo tempore gravatus erat)  
curavit Continui sublevandis et persolvendis.

Deinde pro redditibus in utilitatem hujus conventus emendis semel 1000 Rhenen  
Item pro erectione et adificatione Refectorii ~~na~~ — 2000 Rhenen.

Per hunc igitur Contractum Refectorium nostrum cum fratre Censura  
 hospitium constructum fuit sub nomine quidem proefati  
 Dni Comitis Henrici Nassovii (qui ad vivum depictus est cum  
 usore suo in duobus pretiosissimis vitris in Capite Refectorii,  
 seu juxta mentem Privilegii) revera tamen suo proprio nihil  
 ipse contulit, sed proefatus D. Joannes Overhoff qui illis  
 predictas terras donavit est verus fundator eorum quod  
 dicitur Dnus Comes nomini suo voluit adscribi.

D. Arnoldus Stampion Civis Bruxellensis fuit receptus in  
 domo Capelle ad statum Monachi sub Patre Carolo Priore  
 Anno 1505 pridie Nonas Maii. Fuit hic Arnoldus Clericus  
 secularis et litterarum Civilium scriptor in curia magni Concilii  
 et interdum quidem Gandavi, interdum vero Mechliniæ se  
 continebat. Compite admodum sciebat scribere litteram  
 præcipue currentem, peritus gallicæ lingue et mediciter  
 latine, habebat que penes se formas et exempla ad concin-  
 nanda instrumenta Civilia, in quibus ordinis artis et sciendæ  
 erat fabrica, magnumque sperabat <sup>in</sup> commodum  
 et ornamentum nro Ordini fore si talis homo receptus esset.

Postquam igitur professionem fecerat suscepit et sacros ordines.  
 At quondam tempore cum eadem causa Cornaci esset una cum  
 Procuratore nro Ogudio Sterke a D. Gulielmo Bibantius Procuratore  
 tunc temporis domus Gandensis cum fuit. Et inter proculi Bibantius  
 solabatur cum Procuratore nro quod in bona spe proisset  
 jam evincere quod jam seniculo fieret illi prope diem  
 relaxatio et <sup>dictur</sup> ~~ita~~ <sup>non</sup> ~~ita~~ <sup>non</sup>

Nota oculorum  
affectum Triban-  
ti ad Ordinem  
Adularis nocet

tam interest quid quo animo dicatur quam quo accipiatur, quando quidem huiusmodi  
comata non semper equo suscipiuntur animo. Et Triban-  
tius Arnoldo quarebat  
quod ad Ordinem venisset nuntium familiariter et multum benevole cum eo loquebatur.  
Arnoldus autem domum reversus nobis ista referebat et mirum in modum  
beneficium verbi Triban-  
ti ne sicam adulationibus erat erectus sperans fore  
ut a Triban-  
ti Vassori prope commendaretur, qui tunc Visitator hujus Provinciae  
principalis erat, et forsitan sic usque venisset quemadmodum Arnoldus sperabat.  
Atqui, o bone Deus, quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis  
quia visitas eum? Homo vanitati seipsum factus est, et alibi universa vanitas  
omnis homo vivens. Nam ecce Arnoldus sacerdos factus novum sequi anno  
cepit febribus laborare quae satis erant acuta, et insuper vehementi dolore  
capitis afficiebatur neque somnum neque cibum more solito capiebat.  
Et alioquin sanus non erat homo multum cibi ac potus, ac deinde  
paucis post diebus incidit in frenesim multis quae diebus male  
habuit. At vero tandem aliquando utcumque convalescit, sequiturque  
Conventum, et munia sacerdotis obibat itaque religiose admodum, quareque  
dicere bonum quia humiliasti me. Sed non sibi debet quantum valuit  
in practica civili. Nam quondam tempore quibusdam secularibus viris  
a Domo Capella dandum erat instrumentum acceptationis ( seu alterius  
contractus) quod Prior commisit Arnoldo faciendum. Arnoldus autem  
tam argute concinnavit illud ut omnes mirarentur et prebent postquam  
illud legissent predicti viri: Quis hoc composuit? dictum. Monachus  
eius d<sup>r</sup> responderunt: prosum indignum est ut talis homo apud eos in  
abdito delitescat. Sed hoc est iudicium secularium. Hoc igitur anno 1816 cum  
rursum exoraretur rite sumptis sacramentis religiose defunctus est diebus Septembris  
Bonis finis et quid amplius optandum?



Maria Delfensis  
Benefactrix D<sup>ni</sup> Lovanien

Obiit Lovanii 18 Decembris Maria Joannis Delfensis quae legavit  
Cartusianis in testamento Rheneuser hereditarii redditus  
ea conditione tamen, ut ex illis octo darentur duo Patribus  
Minoribus Lovanii et duo alios certis quibusdam pauperibus  
leprosis, et sibi quidem totum integrum redditum servarentur,  
aliis vero predictis darentur semel 20 Rheneuser pro quolibet  
anno Rheneusi, hoc est simul 80 Rheneuses.

Hadus Brabantis  
cum Leodiensibus

Hoc anno Principem Carolum Hadus invitasse cum Everardo  
Marcano Praesule Leodiensi ejusque fratre Roberto 27 Aprilis  
in quo Hadus consentire Ordinem Ditionis Leodiensis appensisque  
sigillis confirmare. Idibus novembri tradidit Hubertus quamvis  
Chapreaville in annum 18 referat.

Aegyptem turce  
terror p<sup>ro</sup> occupant  
p<sup>ro</sup> occupant  
magnus

ANNO 1517 Solimus Turcarum Imperator Memphim vulgo Alcaidum  
munitissimam ac vastissimam Aegypti urbem 25 Januarii expugnavit,  
et capto strangulatoque Bonumborio Aegypti Sultano Campsonis successore  
totam Aegyptum subegit. Hic fuit finis Mamalichorum qui annis  
ccc eos tenuisse scribit Leonclavius

Hic annus insignis aequae ac funestus non tantum Aegypti imperio  
verso sed et Lutheri haeresi exitiali. Lutheri excitandi hoc occasio  
exitit. Julius Pontifex templi Vaticani structuram inchoavit.

Vera origo omnium  
haeresum m<sup>o</sup> saeculi

Leo successor veniam peccatorum pollicebatur toto orbe quicumque  
in auxilium ad parvum erogaret. (ut superiori anno tetigimus).  
Albertus Moguntinus Praeses ejus veride evulganda Petzeli Domini  
cano sodali curam imponit. Wittenberge in Saxonia Dux Fredericus  
Scholam paulo ante fundavit. Professor in ea Sacrorum Litterarum  
Martinus Lutherus Augustinianus pro concione populum admonuit

1517

ne se quæstorum imposturis deludi sineant, Romanas merces tantum <sup>non esse</sup>, pecunias  
posse alibi utilius collocari. Ab eis inchois hominis recordia aucta cum  
multi aures faciles <sup>aures</sup> præberent incendium toto fere orbe est excitatum quod  
multi anni non restinguunt. Malum multorum accursu exacerbatum  
recreuit, quod compositum fortassis concidisset. Verum proberita accusare  
quam mutare facilius est. Hæc Mariana.

Quintus Lutherus Congregationis Saxonie ab Andrea Pole Saxone in Germania  
circa annum 1494 excitato, quæ se a toto Augustiniani Ordinis Eremitani  
corpore ~~sejunxerat~~ peculiarem sibi specifico reformationis titulo ab Alexandro  
Pont. Max. impetravit, ut tradit Josephus Fambelias, ulterius progressus  
plura alia fidei nostræ dogmata non alio signo aut argumento, quam scripture  
depravate factatione insolentiaque intolerabili quæ se modo Trophetam  
modo Evangelistam asserbat et supra mortales universos, ipsosque Cælorum  
Angelos efferebat.

Apro

tanto igitur Tropheteæ data et clavis non Regni cælorum, et putei abyssi  
et ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magne et obscuratus est  
sol, et aer de fumo putei, et de fumo putei exierunt locusta in terram  
et data est eis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ.

Olisipone mense martio Maria Lusitanie Regina in florenti etate ex  
parte extincta est.

V. P. G. Matthias  
Bergossens 3<sup>us</sup>  
Prior in Schuch  
moritur

Decima April obiit V<sup>l</sup> Gaber & Matthias Bergossens tertius Prior monasterii  
nostri in Schuch, cum pridie tantum cepisset infirmari et febriitari  
feria V<sup>l</sup> hebdomada sancta mane adveniens medicum cum palpasset eum  
predixit eodem die moriturum, unde perplexi non modicum verum  
etiam contristati convenuales fuere quare petiit ab eo Vicarius an  
vellet accipere V<sup>l</sup> Sacramentum quod die consimili Dominica

1817

Jesus Consecravit ac fidelibus suis commendans instituit,  
ac pro viatico ordinavit, quo annuente ante Missam <sup>officium</sup> compar-  
tita est ei absolutio secundum modum Ordinis, atque Eucharis-  
tiae et extremae Unctionis Sacramenta ad usum data fuerunt.

Post primam comedidit carum in capite agonizans, et lecta  
litania cum Passio S. N. J. C. legi inciperetur placide  
Deo Spiritum reddidit, cujus anima cum Christo ubi  
operamus requiescit. Vixit in officio Prioratus hujus <sup>XXIX</sup> annis

VIII mensibus. Semper vir pacis, tranquillus, humilis,  
modestus, discretus, et pro domo valde sollicitus, nam  
acquisivit Curtiam te Halsingen quae videlicet reddit annue  
in Siligine XLII modios et III sextarios et in <sup>pecuniis</sup> ~~frumentis~~ XXI

Rhenuser. Item acquisivit et emit curtiam te Beyssberge  
a Dno de Gaebeck quae valet annue XXIIII modios Seliginis,  
VI modios avenae, unam sextarium pisarum, unam  
sextarium fabarum, et sextarium seminis raparum  
XX lib. butiri et in <sup>pecuniis</sup> ~~frumentis~~ sex Salucia.

Item acquisivit curtiam te ~~Ree~~ <sup>Ree</sup> quam emit a Mtro Joanne Suckel  
Consiliario Regis Hispaniae cum aliis terris, quae emit a Mtro  
Reynere de Bousckere et a Dna de Zapfberge. Dat Colonus. nunc  
annue I modios Seliginis, et de gratis XLII Rhenuser exceptis  
aquis et vivariis nec non nemoribus.

Item curavit fieri in Anderlacho pulchram curtiam cum  
horreo stabulis, quae quantum valet adhuc ignoramus  
quia domus istam curtiam ad medietatem.

In pecuniis vero dat Colonus XXVI Rhenuser

laudatur

Quenam acquisivit

1517

Item tempore <sup>ipsius</sup> venit ad nos curiam de Sterbroeck ex legatione Wilhelmi Moesmakers nec non Conicillo Clare Molensas ac filii eius fr̄s Joannis Euerads Donati, in qua quidem curti anno precedente fecit fieri stabulum pulcherrimum equorum etc. . .

Luce construxit

Sequitur ut dicamus estructuras quas fecit tempore sui Prioratus Primam struxit domum bladorum den Spykere stabulum equorum et vaccarum. Item refectionarium cum cellariis intus, Communi Ep̄i Cameracensi Le Marici de Bergis cum ergastulis inferius. Ambitum a quinque fenestris extra construxit. Rogamus Dominum ut illi similem excitare dignetur. Haec m̄.

Joannes Merhoull die 18 Apr. a Conventualibus fuit electus & Joannes Meroult Procurator & Prior in Schuch pro quo institutus est & Judocus Fabri Procurator qui erat ante Vicarius

Circa hoc tempus plurimi in domo Ultrajectina obierunt fere ex morbo

In domo Ultrajectina contagioso quem pleuriam vocant. 4 Martii & Alardus Medenblock; penult-  
morbus contagiosus quinta aprilis & Guilielmus Symonis qui 44 annis vixerat in Ordine et ultra 21 annos  
dictatur pleuridis  
sex monachos evivis  
sustulit et unus donatos

fideliter functus fuerat officio Sacristae; et sequenti die & Joannes Stanner Infir-  
marius ab omnibus dilectus propter charitatem compassivam circa alios in Ordine  
vixit 31 annos, et tertia post sequentis mensis Maii & Hermanus de Amsterdam  
quondam Vicarius, vir devotus qui continue solbat scribere pro Ecclesia et  
bibliotheca; eodem quoque die & Petrus de Enchusen qui etiam 31 annos  
vixerat in Ordine et octava ejusdem mensis praesente conventu obiit quoque  
& Joannes Judocis de Braxeto, et 23 ejusdem mensis ex hac vita migravit

& Wernboldus de  
Leydis quondam Prior  
Ultrajecti et initiator  
2<sup>o</sup> Campensis

in eadem domo sed morte naturali & Wernboldus de Leydis, senior qui  
fuerat Procurator Vicarius et Prior dictae domus nec non initiator domus  
Campensis qui LII et ultra laudabiliter vixit in Ordine

Supradictus morbus abtulit quoque de medio, & Joem Hebrandi monachum  
dictae domus et quondam Procuratorem 17 mensis Junii.

Primum omnium qui ex isto morbo mortuus est fuit Zanderus Jacobi de Vyane Donatus & videlicet apertis sublequatus est 3<sup>a</sup> Maii Jacobus Wilhelmi Donatus et fidelis minister.

Sed et hoc anno in Dniea LX<sup>a</sup> quae fuit XV februarii vita de-functus fuit Wilhelmus Petri itidem Donatus et fidelissimus minister in gubernatione Comerici. Vixit annos centum et tres.

Item Wilhelmus Petri Donatus obiit aetatis

Centum et trium annorum

Et ne a domo et funeribus recedamus, subpendat mihi et D. Theodoricus Doijs Amsterdamicus miles Hierosolymitanus Monachus professor dictae Domus Ultrajectinae et quondam Prior qui 23 octob. huius anni de mane in fra quintam et sextam morte sancta ac mirabili defunctus est. Vixit in Ordine XXI annis cum dimidia et undecim diebus.

Undecimus obiit in domo Ultrajectina b. p. & Theodoricus Doijs quondam Prior non bene opinionis sanctitatis.

Hoc anno 1517 obiit Mechlina & Hieronymus de Doudery Presbyter P. Levis Aplice Protonotarius, P. Petri Ariensis Graecus et Canonicus & Remoldi Mechlincensis fundavit famosissimum Collegium Bursidiana quod trilinguae dicitur, eo quod in eo instituit Hebraicam, graecam et latinam linguam publicam professionem. Fundavit in eodem collegio bursas pro studiosis, quae sunt quinque Bursidiana Arlunensi Ariensis Marvillana et Mechlincensis et Provisores nominavit Curatum P. Petri Ordinarium Praesidentem disputationum collegii Theologorum et Priorem Carthusid.

Quinque nihilominus Monachos lego receptos fuisse in hac domo hoc anno, et forte non satis discreto propter tot defunctos nam inter eos fuit Petrus Monachus de Bheris qui infestus haereticus Lutheranus anno 1585 apostatich, atque anno 88 Basilea residebat habens uxorem et parvulos.

Elemosyna Jacobi Coeman

Circa hoc tempus paschale honorabilis Vir Jacobus Coeman Civis Gandensis habens in hac domo duos filios v. Jacobum Monachum

et fratrum Livinum conversum pia devotione motus misit LXXII Henenses  
ut eis emerentur quatuor Henenses annui et perpetui census. Hos denarios  
recepit novus Procurator B. Jacobus Fabri, ex quibus emptum est fratum  
totum pedes valens annue quinque Henenses.

Ratio redditur  
de Centesima

Status Capituli generalis talis est: Capulum generale per Clausuram nunc  
redditorum Computorum inclusis restis precedentium annorum restat  
Debitum Domini Cartusid duo milia novem centum, quatuor vigin-  
ti tres florenos quinque grossos octo denarios cum obulo thuronensi. Et  
quia in impositione Centesime pro reparatione dictae Domus Cartusid fuit  
inter cetera ordinatum, quod dicta Domus teneatur et debeat pro finitum  
quinquennium aut quando placuerit dicto Capulo generali de rebus  
ex dicta centesima et inde ex laudatis debitam rationem reddere. Et si quid  
de summa superesset illud expendere et applicare in redditibus acquirendis  
pro dicto Capulo cum jam acquisiti non sufficiant pro expensis annuis  
eiusdem Capuli. Propterea visis Computis de rebus et expensis nobis ex  
parte dictae Domus exhibitis, et audita <sup>dicta</sup> ratione referendariorum et auditorum  
ad dicta computa videndum et examinandum deputatorum dictam domum  
multo plus in reparatione predicta expendisse quam ad dicta centesima  
recepisse oculata fide vidimus et cognovimus. Nihilominus <sup>du-</sup> <sup>men</sup> <sup>=</sup> <sup>la</sup> <sup>re</sup>  
Prior et Conventus dictae Domus C<sup>e</sup> attendentes se ultra dictam centesimam  
plures pias elemosynas a pluribus Domibus ~~et personis~~ <sup>personis</sup>, et ipsis procurantibus  
at amicis Ordinis recepisse, volentes non solum sua sed et Capuli generalis  
et totius Ordinis Commoditatibus intendere et suo grosse providere, ac de  
sibi impensis beneficiis ne ingrati iudicentur eidem Capitulo portionem  
aliquam exhibere, quamvis in dicta reparatione multo amplius exolverint  
quam a dictis elemosynis seu centesima receperint, motu suo proprio

1517

gratis et sponte ei Capto generali dederunt et dixerunt dictam  
 summam duorum millium novingentorum viginti trium florensum  
 quinque grossorum octo denariorum cum obulo Thurouensi  
 tibi per clausuram dictorum computorum delatam. Et quia  
 ex promissis et per dicta computa clare patet quod <sup>redi</sup> ~~debitus~~ est  
 proventus dicti Capli non sufficienti ad expensas ejusdem Capli  
 singulis annis in dicta domo celebrandi sustentandas. Propterea  
~~quod~~ Pater et Conventus cum jam ut notatum est in computis  
 dicti Capli annorum 1512 et 1515 in locis noviter acquisitis in Terra  
 ex prelio redemptionis duorum censualium, que prius habebant dicta  
 domus Carbusid et Caplum generale super generale Statuta regni Valentie  
 centum septuaginta loca cum dimidio pertinentia dicto Capto pro  
 complemento ducentorum locorum dederunt et concesserunt eidem  
 Capto viginti quinque loca cum dimidio quod pretium ascendit  
 ad mille quadringentos octoginta unum florens et unum grossum  
 novem currentis, que duo summe simul faciunt quatuor  
 millia quadringentos sexaginta quatuor florens sex grossos octo  
 denarios cum obulo Thurouensi quibus mediocribus Caplum  
 erga dictam domum de dicta resta, et contra dictam domum  
 ipsa erga Caplum de receptis ex dicta centesima remaneant  
 ad invicem inter se quitte et absolvi. Verum quia nondum  
 fuit eidem domui de dicta centesima per aliquas domos  
 et Provincias Ordinis integraliter satisfactum, propterea in qua  
 gimus earundem Provinciarum et domorum Visitatoribus  
 et ipsorum civitatibus respective quatenus in suis Provincis

1517

adhuc debitas juxta taxam per eos singulis Domibus impositam fideliter exigant et recipiant; et eas in sequenti Capitulo integritate servent vel mittant. Et nihilominus ut quae adhuc in ea reparanda restant perfici valeant et ut optata securitas <sup>maxima</sup> circa lecta Pari et futuris periculis occurrere possit. Eisdem Visitatores et ceteros Priores Ordinis hortamur et requirimus ut pias et charitativas et voluntarias elemosynas quas ex se ipsis ad tam pium utile et necessarium opus facere aut ab amicis suis et Ordinis procurare poterunt faciunt et procurant, quos nec non et eos qui ad dictum opus manus porrexerint et porrigent adjuvantes participes facimus omnium bonorum quae in toto Ordine faciunt et in posterum fieri Svo concedente.

Ordinatio  
pro minutionibus

Ordinamus quod tempore minutionum generalium Ordinis Divinum officium ea gravitate reverentia et devotione, ut ceteris temporibus persolvatur prout fit in Cartusia.

Nota

Notatur in hac charta obisse Ill<sup>ma</sup> Lina Genomaria infantissima Ducissa Burgisabi et benefactrix Domus Vallis Christi in Hispaniis.

Soror Nicoleta de Monte Arsenio Supperiorista S<sup>ti</sup> Carbonei Centum annis laudabiliter vixit in Ordine

Item Soror Nicoleta de Monte Arsenio Supperiorista Domus Burbonis quae centum annos laudabiliter vixit in Ordine.

Notanda legio aucta multum numero <sup>Geldro</sup> ea lege dat nomen, ut singulis florens Arentio simul numero exinde preda raptoque vivent, jussuque suis obtemperarent numerata haud procul Laventia promissa pecunia in <sup>Hollandiamque</sup> ~~Frissiam~~ <sup>Hollandiamque</sup> Austriacis bellum illatum subentur; ubi <sup>veteribus</sup> ~~veteribus~~ <sup>juniori</sup> ~~juniori~~ <sup>Geldris</sup> ~~Geldris~~ <sup>militibus</sup> ~~militibus~~ ad tempus, ~~not~~ superiores esse coegere ~~Winkelrijam~~ <sup>Winkelrijam</sup> expugnata Austriacos bis fugant <sup>adigunt</sup> ~~adigunt~~ <sup>Lusnamiam</sup> ~~Lusnamiam~~ occupant <sup>adigunt</sup> ~~adigunt~~ <sup>Lusnamiam</sup> ~~Lusnamiam~~ occupant.



Uigra legio Geldro militans vitioibus Principis Caroli multa damna inferunt contra quos exercitum mittit.

Moderatissimi diripiunt ac incendunt Alesmarianos pecunia multanti Eymondam Sparandannum Treviso. ~~Carac~~ Solium ac castrum tandem quarto conatu opidem Asperam expugnant desideratis plus quam quingentis viris, unde capta urbe sexui conditioni nec aetate pariter. Princeps autem Carolus intellecta Asperand expugnationis inhumana crudelitate ad Hannones ac Atrebatas litteras misit utque beneficiarii clientes omnes pro opibus instructi contra hostes proficiscerentur, praecipit, junctique vicini Principes Austriacis latrones insequuti sunt, nactus sine discrimine prouisum trucidabant. Dux Carolus Arnhem se continebat, castraque in colle qui civitati a meridie imminet collocat, Austriaci ab Aquilone,

Maximilianus Caesar in Belgium venit

Hoc rerum apud Geldros statu Caesar postremum Belgas visurus in Brabantia venit, pacemque intra Francorum Regem ac Nepotem Carolum Boninduni in vitam ratam firmamque habet, eos comprehendens qui utriusque Principis partes sequuti fuerant. Qua re Arnhem nunciata miles Austriacus Geldriam deserit. Dux Carolus cum Principe Carolo in annum inducias facit, et velut alper David liberatur. Rebus omnibus compositis Caesar Nepoti omnibus que bene precatus in Germaniam rursus conscendit Belgis cum veris lacrymis, ac Caesare dignis muneribus prosequentibus.

Caroli V in Hispaniam profectio

Princeps vero Carolus instante mense julio in Hispaniam navigaturus abiddelburgum Felandiae urbem praesens primariam, ubi justam classem cum praerat Adolphus Burgundus Devere dominus

paratam habebat proficiscitur. Sed adversa exactus tempestate in duodecimum usque mensis Augusti diem expectare cogitur, tum prosperum nactus ventum dat vela felicique usus navigatione octo dierum a Zelandia Villaviciosa apud Astures una cum sorore Eleonora pervenit. Exceptus est Princeps Carolus summus Procerum ac populi gaudis, inter quos preecipui fuerunt qui primi accurrerant pater Principis Caroli Ferdinandus Austriacus Comes Castellae Dux Tolba multique alii Proceres. Ab quibus ad Joannam matrem deductus est.

Adrianus  
Cardinalis creatus

Leo X Calendas Julii quintam Ordinationem Cardinalium que, omnium quotquot hactenus fuerunt, maxima celebravit 31 Cardinalibus uno eodemque die creatis in his fuit Adrianus Florentinus Belya qui post Papa ex nomine VI fuit. Franciscus Jimenus Cisnerus Ordinis Minorum Colebanus Archiepiscopus Hispaniae Primas et pro Carolo gubernator auctorque Academiae et Bibliothecae Complutensium obviavit novo Regi progressus 12<sup>to</sup> Decembris VI idus novembris aetatis ferme 80. Successit defuncto Gulielmus Croius Belya Cardinalis sed hic Hispaniam non attigit.

Gulielmus Croius  
Archiepiscopus  
Colebanus

Marcurini  
advectus in  
Ichnus

Hoc anno 26 Augusti venit ad domum istam Magnificus Dñus de Mercurinus de Gattinaria ex Dñis de Arboreis Diocesis Verellensis utriusque juris Doctor egregius miles in armis, Praesidens Parlamenti Comitatus Burgundiae. Hic Dñus fecerat per antea votum visitandi

qui cognominari  
posset hujus conventus et alias causas fretus consilio doctorum illud votum mutavit de consensu  
evangelis id est benefactoris  
utique vere ac  
Holonensis Res  
Aegypti ordine tertius

terram sanctam et sepulchrum Dñi Jesu Christi. Sed propter denuo unum Pontificis ac Confessoris sui ad agra praetententiam in aliquo monasterio per dimidium annum et interim visitare sepulchrum Dñi que est circa Mediolanum, quo et fixit et sic mansit in hac domo

Afflictiones ipsius  
et tentationes

usque ad principium Maii. Interea temporis praedicti Dñus  
 vacavit studiis et orationibus, ac multum exemplaris in  
 verbis ac moribus ac totus humilis fuit. Videns autem  
 ambitum imperfectum dedit prius 200 Rencutes ad eundem  
 perficiendum et paulo post ad huc Ducentos ex quibus media  
 pars ambitus est perfecta et completa. Item dedit omnimode  
 pro expensis suis et duorum famulorum xxx Rencutes.  
 excepto vino quod sibi de optimo possidebat. Fecerat quoque sibi  
 vestimenta alla ac de Religiosis fuisse. Anterior Item Dñus  
 (inimico generis humani procurante qui semper bonis operibus  
 invidet) multa adversa hujus mundi passus est, quia  
 quendam processum de quodam castello in Burgundia amiserat,  
 et vasa ipsius argentea erant publice vendita ad confusionem  
 et scandalum ~~totius~~ ipsius per Praesidem Mechlinensem  
 sed semper in omnibus patientissimus fuit. Et postea <sup>annuli</sup> ~~annuli~~  
 ipsius sollicitaverunt Dñam de Sabaudia ut veniret ad  
 servitium suum qui nullatenus acquiescit sed praeventiam  
 sibi injunctam et terminum — <sup>quamquam eadem Dña pluries eidem scripserit quod ipsa pro eodem responderet</sup>  
~~voluit potius eligere affligi propter Christum quam timore~~  
~~Dñi nullatenus acquiescere suum propositum diutius perficere voluit~~  
~~secularis Damni aut honoris alicujus officii aut servitii privari~~  
~~potius eligens affligi propter Christum quam timore secularis~~  
~~Damni aut honoris alicujus officii aut servitii privari aut~~  
~~dehonestari. Postea misit Dña de Sabaudia ad dictum Dñum~~  
 Marcurinum D. Decanum de Poligni et elemosynarium  
 suum ut renunciaret officio Praesidentiae suae in manibus  
 dictae Dñae et illi daret quinque milia Francorum.

1517

Qui renuit hoc facere nec voluit absolvi a dicto officio, quod sibi Imperator dederat non dona, in valetudinibus suis quibusdam annis sine causa justa et legitima fuit a dicto officio suo depositus, sed semper mansit patiens ac votum suum implevit. Voto tandem completo perrexit Meebliniam ad eandem Donam, qua benigne eum recepit, sed tamen ad officium Praesidentis non admisit nec ipsa Dona alium instituit, scripseruntque consilarii ex Burgundia in eius favorem. Qui anno sequenti post Bascha obtenta ab eadem Dona licentia rediit ad domum istam, et feria secunda post Pentecostes perrexit visitare f. Adrianum apud Geraldinontem et statim profectus est cum septem equis in Germaniam versus Imperatorem Maximilianum qui magnifice eum recepit atque ordinavit oratorem suum et Consiliarum stipendiarum cum mille florenis aureis annue. Deinde ab eodem Imperatore mittitur ad Lucem Sabaudia et ab eo etiam gratiose receptus est. Isuper Deo disponente ab hac luce migravit Senus Joannes Sauvage Cancellarius Jun<sup>r</sup> Regis Hispania quo defuncto misit idem Rex Catholicus tres nuntios ad dictum S. Marcum ut ad ipsum accederet et acceptaret eum honore officium Cancellarius non tamen hoc bonus petiit aut procuravit sed solo nutu Dei <sup>atq</sup> gratia gloriosa Viri Mariae ac orationibus fratrum confidens idem Senus <sup>sibi</sup> istud officium provenisse sperat. Qui non ingratus de dicto officio ex sua benevolentia ordinavit duo millia Francorum ut exinde fieret Ecclesia Religiosorum qua jam a quinquaginta annis erat inepta et pro prosperitatem dicte domus nullatenus poterat fieri sine adiutorio

Tit. Cancellarius  
Imperatoris

Honorum virorum, dederatque insuper ~~ita~~ hanc eandem  
perficiendi quod et prestitit, plures gratias conventionalibus  
fecit, recedensque dedit 18 aureos pro solatio fratrum, insuper  
tunicam suam albam dedit P. Priori, Vicario autem et Procuratori  
pelles ejusdem tunicæ.

Duo millia Francorum  
a Marcourino promissa  
quomodo per soluta

Notandum et sciendum est quod Prior hujus domus D. Joannes  
Merckoult recepit illa duo millia Francorum, quos ordinaverat  
D. Marcourinus Cancellarius et vales francos XX Rencenses  
promiserat enim solvere <sup>omni</sup> anno quingue annis durantibus  
<sup>200</sup>  
44<sup>5</sup> florenos vel Francos ut D. de Sabaudia intra eadem  
septuaginta <sup>omni</sup> anno 200 florenos. Atque ita D. Cancellarius  
solvit mille rencenses ante recessum versus Hispaniam, et D. de  
Sabaudia alios Rencenses. Ita quod anno 1524 prior pensionarius  
pro ultima vice receperit Meckliniæ a thesaurario predictæ  
congrue 200 Rencenses et sic promissa pecunia fuit totaliter persoluta.

f. Livinus Cooman  
Conversus moritur.

27 octobris obiit f. Livinus Cooman Conversus hujus D. sub  
oscedentia Ordinis.

Domicella Alidis  
Maritons adificat et  
dotat cellam in domo  
Lovaniensi

Circa principium dicti mensis octobris honesta Domicella Alidis  
Maritons vidua Henrici de Heymonier Geldomensis domicilium  
habet ex opposito Monasterii fratrum Minorum Lovanii trans-  
portavit nris Patribus ibidem unum hereditarium redditum  
25 Rencensium pro dotatione unius Cella que sequenti anno  
erat adificanda pro qua dedit adhuc semel 500 Rencenses.  
Adolphus Burgundus Belgarum maris prefectus mense  
Novembri cum Belgica Classe in Zelandiam feliciter  
est reversus.

ANNO 1518 Septima februarii Carolus Princeps Valledolci apud Castellanos in templo Divi Pauli magna cum solemnitate et triumpho in Hispaniarum Regem inauguratur ac cum matre Joanna corona regia redimitur deducente eum ad templum fratre Ferdinando, sorore Leonora ac omnium fere Christianorum Principum legatis.

Postea Barcinonæ aurei Velleris comitia celebrat.

In charta ejus anni habetur fr Bartholomæus Niel Conversus professor D<sup>i</sup> Montis hilaris, qui laudabiliter vixit in Ordine LXannis et obiit anno octavis sue Centesimo Decimo.

Circa hunc annum obierunt quoque Magnificus Baptista Vicecomes benefactor D<sup>i</sup> Tapsid et D<sup>i</sup> Mediolani

Item generosus Dnus Joannes Comes de Egmonda benefactor D<sup>i</sup> Velyphensis

Item hoc anno 13 Maii (quæ tunc fuit Ascensionis Dni) obiit Lovanii

Mgr Gilbertus Waddinck Velyphensis Mgr Artium et causarum strenuus Procurator, amatorque Tractatum Religionum, magnus amicus et singularis fautor novellæ plantationis Ordinis nri in eadem civitate ac coadjutor in choro ac ibidem retro Cancellos fratrum Conversorum sepultus. Legavit conventui 200 Rentes cum onere

4 annuaria annua. Induper ante mortem suam jussit fieri Cistham argenteum 12 unciarum aut circiter. ~~Requiescat in pace: ipsique fratres Seniores~~ <sup>ut religiosi non celebrantes et alii</sup> ~~fratres et alii fratres~~ <sup>sumerent</sup> ~~hujus consuetudinis~~ laici post sacram Communionem ex eo acciperent abluitionem, quâ sumptâ precarentur pro eo dicentes: Requiescat in pace: ipsique fratres Seniores hujus consuetudinis admonerent Docerentque juvenes et Successores suos ad perpetuam ejusdem Gibeliti memoriam habendam post sacram Communionem hujus usor

Carolus V  
Hispaniarum  
Rex Coronatur

fr Bartholomæus  
Niel conversus  
D<sup>i</sup> Hilaris obiit  
anno octavis centesimo  
Decimo

Mgr Gilbertus  
Waddinck causarum  
Procurator benefactor  
D<sup>i</sup> Lovaniensis ibidem  
sepultus

fratrum legatum

postea curavit eundem epythum deaurandum pro sua deauratione  
exponit 11 vel 12 Keneuses.

Vicina Provincia  
Belgis conjuncta  
fradones persequuntur.

Hoc anno contra fradones quae circa Geldriam versabantur  
in unum vires conferunt Belgae (sub quibus comprehendas  
Leodenses Confederatos) Clivii, Juliacenses Colonienses  
Monasterienses Westphali ac Mearstii capti inter latronum  
ac sicariorum tormentis lacerati caruificis manu perire.

Maximilianus Caesar  
Privilegia Leodensis  
concessa renovat ampliat.

Maximilianus Caesar gratum habens fadus quod Leodenses  
cum Brabantibus inierant 24 Junii jura ac privilegia omnia  
Principi et Ecclesiae Leodensi a Divis retro Imperatoribus et  
Romanis Regibus predecessoribus suis aliisque concessa  
proprio motu confirmavit et renovavit quae ne liceret  
appellare ad Cameram nisi summa excederet 600 florenos

Ferdinandus Austriacus  
venit in Belgium

Mense Junio Ferdinandus Austriacus Principis Caroli germanus  
frater deducente cum Carolo Crovico Chimni Principe et Hispania  
in Belgium profectus paulo post in Austriam Leodionem  
rebellionemque sedaturus contendit, sed cum se frustra  
ob exiguam in terra auctoritatem id eveniri expertus  
esset in Belgium et reversus

Hoc anno Carolus Hispaniarum Rex magnas eduxit copias  
adversus Marrhaves et expugnato ca munitionibus eorum  
opidibus uno, plus minus quadraginta barbarorum millia  
prostravit, ex proda hujus victoriae duo pretiosissima  
vexilla Cesari Maximiliano avo suo paterno transmittens.

Recepti in Domino Ultrajectina hoc anno Wibbr Wilebrordus  
de Arnumden Monachus Gramonstraten sis in conventu

Middelburgensi, et Rodolphus Ludovate vir eximie contemplativus de quo in die obitus sui plura dicentur.

Hoc anno 10 Decembris fuit sepulta in coemeterio nro te Schue honesta Matrona Margareta de Besco uxor Joannis de Vlesenbecke mater & Antonii Van Vlesenbecke sacrista hujus Domus.

Et Lovanii 27 Novembris obiit V<sup>l</sup> & Mgr Joannes de Hoya sacrae pagine professor eximius, die vero sequenti (qua erat prima Dominica Adventus) sepultus fuit apud Patres nostros ibidem in choro.

Eleonora Caroli Regis soror nupsit Emmanueli Lusitania Regi Nuptiae fine anni Crati opido magno apparatu celebratae. Ex hoc conjugio Carolus brevis aevi, et Maria diu Imperatrix nate sunt.

ANNO 1519 Januarii duodecima feria 10 Maximilianus Imperator cum interpestive pharmaceum incerta efficacia contra morbum quem sibi imminere putabat, <sup>haurisset</sup> morte dissolvitur. Octabis an. 59 mense uno, diebus 2. Nichil omisit Caesar quod ad animae salutem aliqua ratione facere posset aut posse putaret. V. P. G. Gregorium Reischium Friorem Cartusiae Triburgensis (qui fuerat illi antea a confessionibus) missis aliquot equitibus quamprimum ad se advolare iussit, viso que illo exclamavit. Hic est qui me ad caelos promovabit. tum ille ad Imperatorem. Jam inquit Maximiliane, necesse est dignitatis et pompae omnis oblivisci, cogita jam non Imperatorem, sed Maximilianum iturum ad tribunal Christi. Haec facessat omnis stasio etc. Briennis antequam mori contigisset menti fixa altum mortis memoria quercum foretrum arca ferrea, qua cannabaceum sudarium consueo nemine continebatur inclusum quoque pergeret fidem itineris comitem retinuerat ac testamenti tabulis



Jussit sibi examini os aures oculos viva calce operiri.  
 Hoc speculum si ad altiora non licet penetrare  
 saecula, ob oculos saepe habete, et vobiscum, quibus  
 praestis. O Christiani Principes.

Imperatr. Cos. Maximiliano pro felici Aug. Principi tum pacis  
 tum belli artibus omnium aetatis sua Regum longe clarissimo  
 sub cuius felici imperio inclita Germania dulcissima ipsius patria  
 tam armis quam ~~litteratura~~ litterarum studiis plusquam unquam  
 ante haec florere caputque supra alias regiones extollere capit etc.

Imp. Cos. Ferdinandus pius felix Augustus avo paritero perquam  
 colendo ac bene merito pietate atque gratitudine erga D.

In carta Capli se denuntiatur; Obiit Sereniss. et Christianiss.

F. S. Maximilianus Rom. Imperator electus Archidux

Austriæ Burgundiae Dalmatiae Croatiae Styriae Curingiae  
 Singularis Ordinis nri benefactor fautor et Protector Capus

Progenitores fundaverunt et dotaverunt plures domos Administrum

17 Aprilis quae fuit Dominica Palmarum Ill<sup>mus</sup>

et R<sup>mus</sup> L. S. Gulielmus de Croij Cardinalis ...

Archiepiscopus Colobanus Episcopus Cameracensis et

Abbas Affligiensis interfuit missae Conventuali et  
 vesperis in Conventu suo Lovanienti, ibique fecit magnificentem  
 prandium propinavit Conventui vinum et pisces in abundantia  
 omniaque ministrabantur in vasis argenteis, atque circa

hoc tempus reformavit Abbatiam suam Affligiensem.

Penultima aprilis obiit in Schuch f. Joannes Everaeto

Ill<sup>mus</sup> et R<sup>mus</sup> L.

Gulielmus de Croij  
 Cardinalis et Archiepiscopus  
 Colobanus Cartusianus  
 Lovanientium benivolus

1519

Donatus qui tria vota emisit et nobis omnia bona sua hereditaria que non modica erant reliquit ut supra expressum est. Passus est autem infirmitatem magnam de pocken de qua fuit multum deformis in facie et quasi putridus et fetidus sed mansit semper patiens. Deo gratias pro ipsa infirmitate agens, sed post mortem quando ipsius corpus, ut moris est debuit lavari tanta suavitas odoris exivit ex corpore ejus quod mirum fuit. Hec audiui, inquit collector, a fratre Joanne Vander Cleeren qui eum lavit, et est frater bonus et verax. Etiam unus Monachorum S. Adolphus Coutercau intrans cellam defuncti obstupuit de tali odore et fragrantia suavitatis.

Quinta die mensis Maii obiit Lovanii nobilis et generosus Dominus Dominus Judocus

Dominus Judocus

Abbas miles

Dominus quondam

Jundi C. Lovaniensis  
ibi dem sepultus

Abbas civis Lovaniensis et miles, sepultus in Choro Carthusie Lovaniensis prope  
lectorium Epistoliarum sicut monstrat lapis monumenti hoc modo Handric inscripti:  
Hier loedt begravem heer Joot Abbevoet Ridder: die stert int jaer ons heer duysent  
vcsix. Den vten dach van May

Hic fuit quondam Dominus fundi in quo sita est predicta Carthusia fuitque illi prefatus fundus feudalis. Verum ipso volente et uxore atque heredibus ejusdem Domini Judoci consentientibus fuit idem fundus ab illa servitute et onere in perpetuum absolutus. Carolus autem Rex Hispaniarum ac Princeps noster et Justus Romanorum Imperator ejus nominis Quintus eundem fundum hoc anno die 27 Octobris amortizavit fecitque fundum censualem cum onere trium caponum annue solvendum illi et successoribus suis. Insuper heredes predicti Domini Judoci dederunt 2 petros cotes hereditarij redditus.

f. Joannes de

Bloyere ex capite

Hoc anno 20 Junii obiit ten Schuch f. Joannes de Bloyere Donatus ejus  
domus, bona indolis et fratribus obsequiosus et sollicitus in equina qui

1519

habet Convencus  
medietatem fornalium  
jurari tibi Paessem  
Vide registru anni 1560  
Ordinationes Capli

Domini legavit circiter quindecim Reverendi Coes.  
Ducas ordinationes invenio hoc anno in Caplo generali factas  
quarum prima talis est: Nos ordinata per Caplu generale  
ludibris sint et contemptu omnibus et singulis Ordinis  
districte inhibemus ne ad Certam Capli per se aut aliam  
interpositam personam quidquam addant diminuant  
aut corrigant, per quod mens voluntas et intentio  
ejusdem Capli in aliquo immutetur. Et ne inconsulto  
R<sup>do</sup> Patre Cartusie de ordinatis in dicta Carta aliud  
disponere aut ordinare presumant quum in ipsa carta  
contineatur sub pena quoad officialis absolutiois  
a suis obedientiis. Et quoad ceteras personas disciplinae  
generalis a qua non possint liberari nisi per dictum  
Caplum aut R<sup>du</sup> Patrem. Quicumque sine scitu ac  
expresso consensu R<sup>di</sup> Patris C<sup>o</sup> seu Capli generalis per se  
aut quamvis aliam interpositam personam licentias seu  
dispensationes aliquas contra observantiam et statuta Ordinis  
a Sede Apostolica vel legatis ejusdem impetrare presumpserit,  
impetratis omnino careat, et si licentias ipsas proprio motu  
sua concesserit sibi perpetuo inhabilis ad quascunque  
obedientias Ordinis. Et si obedientiam aliquam in actu habuerit  
absolvatur ab ea, non dignum est, ut si ab obedientia Ordinis  
talibus modis recedere nititur ab omni obedientia spoliatur.  
Obierunt circa hunc annum R<sup>mus</sup> P<sup>er</sup> D. S. Laurentius  
de Libra Dux Francie Orientalis Episcopus Herbipolensis, et  
R<sup>mus</sup> Pater S. Laurentius Cristian abbas Abbatum magni

factores et benefactores Domorum Francorum Ill<sup>mus</sup> Enus Franciscus  
 Marchio Mantua ex fundatoribus D<sup>ni</sup> eiusdem Mantuae. Ill<sup>mus</sup>  
 Enus Guilielmus Marchio Montis Ferati qui multum afficiebatur  
 Domini Astensis.

L. Antonius Burlandi Prior D<sup>ni</sup> Petra-Castri Visitator Prov. Burgundie  
 alias Prior Domorum Allionis Avinionis Reponsatorii et Vicarius  
 D<sup>ni</sup> Monialium Milani Enus Joannes de Castro Prior D<sup>ni</sup> S. Andomaci  
 Visitator Picardie alias Prior Gobnay. Nobilis Bernardinus de  
 Assorche benefactor et fundator unius Cellae in Domo Annuntiata  
 Honorabilis Enus Joannes Gracens benefactor D<sup>ni</sup> Castri Mariae.

## Epilogus

Volumen praesens, chari prosteri, absolvimus, nec tamen adhuc  
 scopum nostrum attingimus, qui, ut in principio diximus, est continuare  
 librum foundationis, et de restoratione Domus intra muros oppidi  
 Bruxellensis translata plenius scribere. Cum enim historiam altius  
 repeto ab exordio praeteriti saeculi 1400, qua pro tempore explorata habui.  
 Describens ad finem libri et Maximiliani Imperii perveni anno  
 quoque desinente 1628, non quod hisce totum hoc triennium  
 impenderim, plura enim quam haec sibi insuper scripsi et manuum  
 operibus texendis ronis magis ex necessitate intendi, sed quod alia occurrerent  
 facienda, vel expectanda et colligenda pro his scriptis et scribendis. Igitur  
 sequenti volumine auspiciis felicibus dum Princeps noster naturalis Carolus  
 ad fastigium Imperii occidentalis sublimatur, Deo vitam et vires subministrante  
 ad ipsius gloriam et Confratrum et posterorum consolationem qua promisimus prosequemur.

& manu-scripto originali Petri de Wal transcripto  
 a Episcopo Morano presb. O. N. 7. 29 Sep. 1906

